Guidonis de Monte Rochen

Manipulus curatorum.

Anna solet dici tres concepisse marias
Quas genuere viri Joachim cleophas salomeque
Has duxere viri Joseph alpheus zebedeus.
Prima parit xpm̄ Jacobumque secunda minorem
Et Joseph iustum peperit cum simone iudam.
Tertia maiorem Jacobum volucremque Johanem.

Vir sapiens dominabitur astris. ...

1196 ...

Tractatus de [illegible] Poenitentiae in Speciali, Differtur in 2am partem [illegible] huius Libri; unde [illegible] [illegible]graphi, in[illegible] folio 4 [illegible] ordo tractatuum [illegible] scribitur

Ordo infra in 4 folio, [illegible] propositus, non sic observatur in Libro sequenti

* Nota quod

Ordo tractatuum de omni libro Sacramentorum in spec. in fol. 4° pag. b mentionatus non sic in libro sequenti, [illegible] omnia observatur. uti videre est. / Et praesertim [illegible] Sacramentum 4 Poenitentiae in speciali, reservatur parti 2ae primi huius libri. [illegible] videre est fol. [illegible] pag. b. [illegible] [illegible] recto et vero ordine tractatus [illegible] in speciali, [illegible] de tabulam, ad finem Libri.

Huius Libri Pars 1ª

¶ Liber (qui manipulus curatorꝝ inscribitur in quo ꝯnecessaria officia corꝝ (quibꝰ animarꝝ cura cõmissa est) breuiter ꝯtractantur Incipit

Auctoris epistola.

Reuerendo in Christo patri ac dño, dño Raymũdo, diuina prouidentia sancte sedis valentie epõ. suorꝝ deuotorꝝ minimus Guido de Monte Rocherij. cũ deuota ꝛ humili recõmendatõne se totũ suis obsequijs mancipatũ. Fons sapientie dei verbum. dispositione mirabili cũcta ordinans ꝛ disponens. militantẽ ecclesiã ordinauit ꝛ disposuit adinstar ecclesie triũphantis quod figuratiue fuit ostensuꝫ legislatori moysi qñ preceptũ fuit sibi edificare tabernaculũ in deserto iuxta exemplar qḋ sibi in mõte fuerat demonstratũ. Tabernaculũ siqdem in huius mũdi deserto ꝯstructum. est militans ecclesia. adinstar illius que sursum est hierusalẽ ordinata. Cuius siqdem militantis ecclesie fundamenta in montibus sanctis ꝓpheta rememorans ꝑ montes supiores ꝑlatos, apostolis succedentes insinuat. q̇ admoduꝫ spirituũ supme hierarchie medios inferiores videlicet ꝛ ꝑlatos illuminẽt ꝑficiant ꝛ expurgẽt. vt sic medij

a superioribus illumiati sancti pfecti virtutibus ac erroribus expurgati, inferiores scilz laicos simili modo illuminent perficiant et expurgēt; quod facere nequeunt. nisi fuerint diuinis do/ctrinis imbuti. Hec ergo attendens et vigili meditatione ppensans. sequens opusculū de instructōe neophitoꝝ curatoꝝ composui. rudi qdez stilo sed vtili. nō curans de vboꝝ ornatu sed de animaꝝ cōmodo ꝛ pfectu. Quod qdez opusculuz ad vos (q estis sacrosancte ecclesie luminare pclarū.) q lucetꝪ velut lucerna lucēs in firmamento ecclesie militantꝪ. (qui radio diuine sapientie ꝛ scientie. exemploqꝫ vite sacratissime. ac sarculo correctōnis charitatiue. subditos vestros illuminatis pficitis ꝛ purgatis) duxi humiliter destinandū. vt lima correctōis vestre politū pdeat in publicū. quod sine illa pdire nō audeat. Suscipiatis vos igit pater cum effectu beniuolo presens opusculū. quod offert humilitas comitatur affectio ꝛ charitas psuadet. correctūqꝫ ꝛ emēdatū (si vre videtur dn̄ationi ꝯuenire) cōicare curetis neophitꝪ. i. nouicijs. vt q nesciūt addiscāt. ꝛ q sciūt. scire se gaudeāt ꝛ ad maiora ꝯscendāt. vraz reuerēdā psonā ꝯseruet dn̄s. cui me hūiliter recōmēdo. Scriptū Caroli. Anno dn̄i. M.ccc.xxxiij. ❧

Huius libri Pars 1a

QUoniā scdm q dicit pphetā malachias ca.ij.imo dñs p malachiā. Labia sacerdotis custodiūt sapientiā ac scientiā et legem requirent de ore eius ?.xi.q.i. Sacerdotibus. Angelus eni dñi exercituū est. Idcirco ne sacerdotibus legis euangelice cōtingat illud qd dñs cuidā sacerdoti legis mosayce p eundem pphetam cōminatur dicēs. Quia tu scientiā repulisti, ego repellā te ne sacerdotio fungaris. Mihi dignū duxi aliqua ad neophitorum sacerdotū instructionē maxime curatorum scribere. p que possint se in executione sui officij dirigere ? deo suo scz christo debite ministrare. Nemo autē de psumptōnis temeritate me iudicet. q ego pctōr ignorans et inscius presumā sacros sacerdotes (qui sacre legis pfessores sunt) instruere. Confisus enim de illius adiutorio qui ora mutorum aperit: ? linguas infantiū disertas facit loqui. similis paruo caniculo (qui latratu suo magnos leporarios incitat ad currendum tractabo aliqua breuiter scribere. vt donē magis pfectis ? peritioribus materiā in altiora ? subtiliora ? magis vtilia conscribēdi. Confido eni q ille q dedit asine Balaam loquelā. mihi sue rationabili creature infundat sciētiā. Nec

erubescant venerabiles sacerdotes a me coꝝ seruitore minimo edoceri. sed cōsiderent illud verbū doctoris eximii Augustini. qđ ponitur in decret. .xiiii.q.iii. Si heres. Ego iam senex ꝛ sexaginta annoꝝ etatis non erubescerem a puero anniculo edoceri. Licet eni (vt dicit Seneca.) verecūdosum sit senes addiscere. tamē magis verecūdosū est eos ignorare. Quoniā aūt quilibet si vult officiū suum debite exequi debet scire ea q̄ ad suū officiū spectāt. Officiū autē sacerdotum maxime curatoꝝ. consistit in quattuor. scđm quattuor ethymologias istius nominis sacerdos. que habent in damasceno Quia sacerdotes sunt missaꝝ celebratores. iđ dicit quasi sacra dans. confessionū auditores. ideo dicit q̄si sacer dux. plebis doctores. ideo dicit sacerdos quasi sacra docēs. Ergo ꝓpter pmū debent habere tātū de scientia ꝙ sciant recte ꝛ distincte legere ea que in misse officio ꝯtinent. etiā congrue ꝓnūciare ꝛ accentuare ꝛ ad minꝰ grāmaticaliter itelligere. Propter secūdū debēt habere tantū de scientia ꝙ sciāt numeꝝ sacramentoꝝ. ꝛ que sit debita forma et debita materia cuiuslibet sacramenti. ꝛ modū debite ea ministrandi. potissime de sacramētis que ad eos spectāt. Propter terciū debēt ha

Huius Libri Pars 1ª

bere tantū de sciētia q̃ sciant discernere inter lepram ⁊ lepram. i. peccatū ⁊ peccatū. ⁊ impo nere penitentias salutares. Propter quartū tantū debent habere de sciētia q̃ sciant ad mi nus populum in articulis ⁊ alijs erudiment fidei informare. Obmisso autē primo q: illud spectat ad grāmaticā. et satis suppono q̃ dñi epi nullū ad sacerdotiū ordinem ꝓmoueāt. nisi fuerit sufficiēter in grāmaticalibus imbutus. ⁊ q: de hoc aget qñ de sacramēto eucharistie tractabit. de trib⁹ alijs i hoc libello est agēdū. Quē libellū manipulū curatoꝝ volui vocari. ⁊ ex eo q̃ sacerdotes potissime curati debent istū libellū habere in manibus vt videāt ea q̃ circa suū officiū sunt agenda. Finit ꝓlogus.

Diuiditur ergo presens opusculū in tres ptes. In quaꝝ prima agit de sacramēt ⁊ de his que ptinent ad sacramentoꝝ admini strationē. In secunda de penitentia ⁊ his que ptinent ad ꝯfessionū audientiā ⁊ penitentiaꝝ impositionē. In tercia de articulis fidei ⁊ his q̃ ptinent ad populi informationē. ¶ Quātū ad primā partem primo videbit aliquid de sa cramentis in generali. Scd̄o de quolibet eoꝝ in speciali. Quantū ad sacramēta in generali

vt j fol 10 5 4

omisso agit tribus posteri tribus

1ª pars
2ª pars fol. 1..
3ª pars fol. 17..

Prima pars principalis huius Libri incipit. 1

Folio

¶ Primo videndū est de eorum institutōne. Scđo de eoꝝ efficacia ꝛ ꝟtute. Tercio de eoꝝ numero ꝛ distinctione. Quādo aūt agetur de quolibet eoꝝ in speciali. Primo videbit de sacramēto baptismi. Scđo de Confirm. Tercio de Eucharistia. Quarto de Ordine. Quinto de Extre: vnctis: Sext de Matrimonio. Septimo de sacro penitē.

¶ Tractatus primus prime partis principalis (q̄ est de sacramentis in generali.

De institutione sacramentoꝝ. Ca. i.

SCiendū ergo φ omnia sacramenta noue legis fuerunt immediate instituta a xp̄o quod ꝓbant doctores sic. Illius est sacramēta alicuius legis instituere. cuius est legē dare ꝛ condere, sed christus fuit immediate conditor statutor ꝛ datoꝛ noue leg̃. vt diffuse ꝓbat apostolus in ep̄la ad galathas. ꝛ hꝰ ab Isaya dicente. Dñs rex noster. dñs legifer noster. ipse veniet ꝛ saluabit nos) ergo ad solū christū ꝑtinuit instituere noue legis sacramenta.

¶ Sacramentū enī baptismi instituit quādo baptismū in iordane a iohāne suscepit. tūc enī vt dicit beda. tactu sue mūdissime carnis vim regeneratiuā ꝯtulit aquis. Licz aūt tūc sacramentū baptismi instituerit. tñ nullus ad bap-

...do ordine tractatur sacramentorum in speciali
hac pag. 5. mentionat; vide tabulam ...
... libri. ... ea quae scribuntur ...
... Libri.

Pars proxima principalis huius Libri.

tismi susceptõnem erat obligatus vsqz post re surrectõnem. qñ scz in die ascensiõis dixit apostolis et aliis discipulis. Euntes in vniuersum mũdum pdicate euãgeliũ omni creature. qui crediderit et baptisatus fuerit saluus erit. qui vo nõ crediderit ɔdẽnabitur. ¶ Sacramẽtũ ɔfirmatõis instituit qñ posuit manus supra capita paruulorum. et apostolis ꝓhibentibus dixit Sinite puulos venire ad me. Licet aliqui doctores dicãt q sacramẽtũ ɔfirmatõis instituit in die penthecostes qñ visibiliter misit. ss. sup aplos. primũ tñ reputo verius. ¶ Sacramentũ eucharistie instituit in die cene post comestionẽ agni paschalis. qñ panẽ et vinũ in suum corpus et sanguinẽ. sua ineffabili potestate cõuertit dicẽs. Accipite et mãducate hoc est corpus meũ. et sumpto calice dixit. Accipite et bibite ex hoc omẽs hic est calix sanguinis mei. ¶ Sacramentũ penitẽtie instituit qñ exordiũ sue saluberrime pdicatõnis assumpsit dicens. Penitentiã agite appropinquabit enĩ regnũ celorum. ¶ Qd aũt pctã essent ɔfitenda sacerdotibus figuratiue instituit qñ decez leprosis ab ipso mũdatis pcepit dicens. Lu. vij. Ite ostendite vos sacerdotibus. Licz enĩ teste ꝓpheta Ezechi. capi. viij. qui dicit in persona Christi.

Quacũqȝ hora ingemuerit peccator oĩm iniq̃tatũ eius nõ recordabor. Licȝ peccata in ɔtritione dimittant̃. tñ nihilominus sunt ĩ ɔfessiõe ɔfitenda sacerdotibus si possibilitas occurrat

¶ Sacramẽtũ ordinis instituit deus qñ in die cene postq̃ cõicauit aplos dixit eis. hoc facite in meã cõmẽorationẽ. Tũc eni scõm doctores oẽs aplos ordinauit. Sacramentũ xo ordinis christus instituit septuplicit̃. scõm q̃ sunt. vij. ordines. quatuor nõ sacri ꝛ minores. vt hostiariatus. lectoriatus exorcistatus ꝛ acolytatus. ꝛ tres sacri maiores. vt subdyaconatus. dyaconatus. ꝛ presbyteratus. qui oẽs dicunt̃ vnũ sacramentũ. q: ad vnũ puta presbyteratũ principaliter ordinant̃ ¶ Ordinẽ ergo hostiariatus instituit. qñ fecit flagellũ de funiculis ꝛ eiecit de templo vendentes ꝛ ementes. Ordinẽ lectoriatus instituit. qñ legendo verba Isaye p̃dicauit dicẽs. Spũs dñi super me eo q: vnxerit me. paupibus euangelizare misit me. Ordinẽ exorcistatus instituit. qñ demones ab hoĩbus obsessis eijci p̃cepit. Ordinẽ acolytatus instituit. qñ predicando dixit. Ego sum lux mundi. Ordinẽ autẽ subdyaconatus instituit. qñ post cenã pedes discipulorꝝ suorꝝ lauit. Ordinẽ diaconat9. qñ discipulos velut leuita vigilare mo

nuit. Ordinem presbyteratus instituit. quādo discipulis suis corpus ⁊ sanguinē suū sumēdū prebuit dicens. Hec quotienscūq; feceritis in mei memoriā faciatis. Dumq; patri corpus ⁊ sanguinē suū ī ara crucis semet hostiā obtulit

¶ Sacramentū xpo extreme vnctōis instituit qñ aplos misit vngere ⁊ sanare infirmos. Tñ aliq̄ doctores dicūt ꝙ beatus Jacobus istituit sacramentū istud quādo ī canonica sua dixit. Infirmatur q̄s ex vobis. inducat presbyteros ecclesie vt orent sup eū. vngentes oleo sancto. Sed salua eoꝝ reuerētia. nō reputo verū ꝑpt rōnē supius dictā in principio huius capituli. Credo enī ꝙ illud dictū beati Jacobi nō ratio fuit institutōis huius sacramēti. sed eius promulgatio. Tñ beatus iacobꝰ nō fuit institutor huius sacramenti. sed solum ꝓmulgator.

¶ De sacramento autē matrimonij qñ fuerit institutū. ⁊ vtꝝ fuerit institutū a christo incarnato. est dubiū. cum matrimoniū fuerit ī statu innocentie ⁊ in tēpore quod fuit ante incarnationē. ideo ad huius dubitatōnis solutionē Sciendū ꝙ matrimoniū pōt tribus modis cōsiderari. Uno mō ꝓut est officiū nature. Scdo mō ꝓut est remediū carnalis ꝯcupiscentie q̄a per matrimoniū satisfit cōcupiscentie carnali.

Tercio mõ put est signũ ↄiunctõnis alicuius rei. puta christi et ecclesie. quã signat ↄiunctio animoꝝ viri ꝛ vxoris. ꝛ ↄiunctõnis nature humane ꝛ diuine in ꝑsona filij dei. quã signat cõiunctio corpoꝝ. Matrimoniũ primo ꝛ scdo mõ ↄsideratũ. non est sacramentũ put loq̃mur hic de sacramẽto matrimonij. sed tercio mõ ↄsideratũ est sacramẽtũ. Et sic fuit institutũ a cristo qñ in vtero ꝟginis marie voluit naturã nr̃am diuine nature vnire i vnitatẽ sui suppositi seu ꝑsone. quã vnionẽ signat matrimoniũ. Sicut enim in actu matrimoniali vir ꝛ vxor duo sunt in carne vna. sic due nature scz humana ꝛ diuina sunt in vna ꝑsona. scz in ꝑsona filij.

¶ De efficacia ꝛ ꝟtute sacramentoꝝ Capitulum. ij.

DE efficacia autez ꝛ virtute sacramentoꝝ Sciendũ est q̃ ꝟtus sacramentoꝝ in generali (quia postea dicet̃ de virtute cuiuslibet in speciali.) in duobus cõsistit. scz in offerendo culpã ꝛ ↄferendo gratiã. Om̃e eñi sacramẽtũ noue legis. nisi sit obex. i. impedimentũ ex ꝑte recipient. aufert culpã si inuenit eam. ꝛ ↄfert vel auget gratiã. Et ꝑ hoc differũt sacramẽta noue legis a sacramentis antiq̃ legis. q2 talia sacra (circũcisione excepta) ꝑtuz ex ꝑte opis

operati. nullam habebant virtutem. Quantum ad
oblationē culpe ⁊ collationē gratie. sed totam
virtutem ⁊ efficaciam suam habebāt ex parte
operis operātis. Sacramenta aūt noue legis
non solū habent efficaciā ex pte opis operati
imo etiā ex pte operis operantis. Opus ope-
rantis vocat deuotio suscipientis sacramētū.
opus operatū vocat actus exercitatꝰ circa sa
cramenta. sicut opus operatū in baptismo. est
aspersio vel immersio aque ⁊ ꝓlatio verboꝝ
¶ Qd aūt sacramenta noue legis (quantū est ex
pte operis opantis) ꝯferāt gratiā ⁊ sint causa
gratie. patet p diffinitōnem sacramēti. q̄ ponit
a magistro sententiaꝝ. in. iiij. vbi sic dr. Sacra
mentū est inuisibilis gratie. et visibilis forme
signū. qd ita signum est gratie dei ⁊ inuisibilis
gratie forma. vt eiꝰ similitudinē gerat ⁊ causa
existat. Utrū autem sacramēta noue legis sint
causa gratie sine qua nō. vel causa ppter quā.
indiget studio maioris inq̄sitōnis q̄z pn̄s opu-
sculū expostulet. ¶ Est etiā alia virtus sacra
mentoꝝ noue legis. qr quedam eoꝝ imprimūt
caracterem i suscipientibus ea. scz sacramēta
baptismi ꝯfirmatōis ⁊ ordinis. Et est caracter
potestas spūalis quedā p quā suscipiēs sacra
mentū pōt aliqd facere vel recipe qd nō pote

rat ante. sicut baptisatus potest recipere alia sacramenta ecclesie qd nō potest facere nō baptisatus. et ordinatus pōt exercere officiuz sui ordinis. quod nō potest facere nō ordinatus. et ꝯfirmatus. et confirmatus tenet audacter confiteri fidem christi tpe ꝑsecutōnis fidei, ad qd nō tenet nō ꝯfirmatus. nisi forte inquireretur in speciali de fide. Alia aūt sacramēta. scz eucharistia. penitētia. matrimoniū et extrema vnctō nō imprimūt talem caracterē. qr possunt multotiens iterari sicut homo multotiēs cōicare. confiteri. inungi. et mortua vna vxore pōt cum alia contrahere. Sed sacramenta q̄ imprimūt caracterem nō debent nec possunt iterari. sicut nullus debet bis baptisari nec confirmari. nec eodem ordine bis ordinari. Et rō est qr ꝟtus eoꝝ sꝑ manet. scz caracter q̄ est indelibilis

¶ De numero et distinctōne sacramentoꝝ Capitulum. iij.

Quantū ad numerū sacramētoꝝ. Sciēdū ꝙ sacramenta sunt septē. scz baptismus ꝯfirmatio. eucharistia. penitentia. extrema vnctio. ordo et matrimoniū. Distinctio istoꝝ sacramentoꝝ datur ꝑsufficientiā quorūdā doctorū que talis est. Sicut est i vita corporali. sic suo modo debet esse in vita spūali. In vita autem

corporali videmus q primo generatur homo. scdo augetur. tercio nutritur. quarto venit ad tantã pfectionẽ virtutis q pot sibi similẽ generare. et sic genus humanũ multiplicatur. Et quia sanitas hois pot impediri p infirmitatẽ. ideo hõ indiget duplici medicina. vna cõtra infirmitatem. alia ɔtra reliquias infirmitatis. Et sicut i vita corporali quinq3 necessaria sũt. vi cz generatio augmentũ. nutrimentũ. multiplicatio ⁊ medicina. Sic simili mõ in vita spũali (q̃lis est vita fideliũ viuentiũ in fide ⁊ vnitate ecclesie) sunt quinq3 necessaria. scz spũalis generatio q̃ fit i baptismo. p quã hõ regeneratur cristo. Spũale augmentũ qd fit in ɔfirmatõne. in qua gratia baptismat⁊ augetur. Spũale nutrimẽtũ qd datur in eucharistia q̃ est cibus spũalis aie. Et quia fideles indigẽt multiplicari spũaliter ⁊ corporaliter. q̃ztuz ad multiplicatõnẽ spũalẽ accipitur sacramẽtũ ordinis. p qd ministri ecclesie multiplicantur. quãtũ ad multiplicatõnẽ corporalem accipitur sacramentũ matrimonij. qd ordinatur ad multiplicatõnẽ corporalẽ fideliũ. Spũalis medicina ɔtra spũalẽ infirmitatẽ (q̃ est pctm.) est penitentia. Alia est cõtra reliquias pctõꝝ. que est extrema vnctio. Et hec de sacramẽtis in generali

¶ Tractatus secũdus prime ptis principalis est de baptismo.

Ca. i. Quid sit baptismus ⁊ vnde dicat.

Nunc dicendũ est de sacramentis ĩ spãli. Et primo de baptismo. ¶ Circa quod ↄ̃sideranda sũt octo. Primo quid sit baptismus Secũdo de materia eius dẽ. Tercio de forma. Quarto de ministro. Quinto de suscipiẽtib⁹. Sexto de ritu baptismi. Septio de ei⁹ effectu Octauo de eius annexis. ¶ Baptismus est ablutio corporis exterioris cũ prescripta. id est taxata v̾borum forma facta. ita q̄ illa ablutio materialis (q̄ fit exterius in corpore) est signũ ablutionis spũalis. quã deus facit interius in mente. Et dr̃ baptismus. a baptiso. as. are. qđ idem est qđ abluo is. ere. vñ baptismus grece idem est quod ablutio latine.

¶ Ca. ij. de materia baptismi

Materia baptismi est aqua simplex elementaris. Qđ autẽ ista aqua sit ꝓpria materia baptismi. habes totã rõnem ex institutione christi q̄ instituit baptismũ fieri ĩ aqua Si aũt instituisset baptismũ in vino vel ĩ alio aliquo liquore. vinũ vel ille alius liquor. esset ꝓpria materia baptismi. Alique tñ ↄgruentie solent assignari a doctoribus. q̄re xp̃s institui it

baptismum fieri magis ī aqua q̄z in alio liquore
... vna est. q2 sacramentū maxime necessi
... debet habere materiā maxime cōmunē.
... ꝓpter defectū materie aliquis impediret a
susceptione baptismi. sed baptismus est sacra
mentū maxime necessitatis. q̄a sine baptismo
nemo pōt saluari. Ideo vt nullus posset se ex-
cusare a susceptōne baptismi ꝓpter defectum
materie vel ꝓpter karistiam eius. baptismus
debet habere materiā maxime cōmunē. talis
... materia est aqua que inuenitur in qualibz
terra. ꝛ de facili pōt haberi. Posset enī aliq̄s
se excusare si materia baptismi esset vinum vl
oleum. vel aliq̄s alius liquor preciosior. qui nō
inueniret in omni terra. nec posset ita de facili
haberi. ℂ Alia ꝯgruentia seu rō est. q2 ꝓprie-
tas aque maxime est cōueniens baptismo. est
enī aqua mundificatiua sordiū. ꝛ refrigeratiua
estuantiū. ꝛ puia. id ē. lucida oculis intuentiū.
Similiter baptismus mūdat sordes anime. idō
vocat̄ baptismus. q2 baptismus grece idē ē qd̄
lotio latine. Unī baptisare idem est qd̄ lauare.
Itē baptismus refrigerat estū carnalis cōcu-
piscentie. illuminat etiā oculos mentis respe-
ctu diuine noticie. ℂ Arguūt aūt doctores sic
Illud ē ꝓpria materia baptismi. cuius ꝓpr etas

maxime ꝯuenit baptismo. sed aqua est hmõi.
ergo aqua est propria materia baptismi. Utrum
aũt aqua sit bñdicta vel nõ. nihil facit ad bap-
tismũ. q2 ita bene põt fieri baptismus in aqua
nõ benedicta sicut in bñdicta. Sed aqua bap-
tismalis ĩ ecclesiis benedicit̃ ꝓpter solẽnitatẽ
⁊ maiorem reuerentiã circa baptismũ. ¶ Sed
nunquid in aqua rosacea vel in aqua ardente.
vel in aliquib⁹ aquis distillatis posset fieri ba
ptismus: si aq̃ elementaris inueniri nõ posset
Dicendũ est ꝙ nõ. q2 tales aque nõ sunt ꝓpe
aque sed hũores illoꝝ corpoꝝ a q̃b⁹ distillant.
In lixiuio tñ (si aqua nõ posset inueniri) posset
fieri baptismus. cũ lixiuiũ nihil aliud sit q̃z aq̃
colata ꝑ cineres. Et ꝓpter eandẽ rõnem dicũt
aliqui doctores ꝙ ĩ vrina ꝓpter defectũ aque
posset baptisari (qđ nõ credo veꝝ) q2 vrina nõ
est aqua. sed humor resolut⁹ a cibis comestis.
Et idem dico de salina. ¶ Sed nõne ĩ brodio
carniũ posset fieri baptismus. vbi alia aq̃ non
posset inueniri? Dicendũ est ꝙ aut tanta reso-
lutio carniũ est facta ĩ brodio illo ꝙ desinit spe
cies aque esse. ⁊ est alia species de nouo gene
rata. ⁊ tũc nõ põt fieri baptismus. aut nõ est ibi
tanta resolutio carniũ facta. ⁊ tũc fieri põt. ⁊ in
tali brodio baptisari. Quãdo aũt sit talis reso

x

lutio facta / q3 nō. pōt ppendi ex spissitudine
Si enim sit tanta spissitudo illius brodij quāta
est in carne vel aliquātulū minor. non credo q
posset i illo brodio baptisari. Si aūt nō sit tāta
spissitudo. sed brodiū sit pingue. credo q tūc in
illo brodio possz baptisari. Et idē dico de luto
scz si aqua exprimat ex illo. in aqua illa expssa
posset fieri baptismus. Etiā si nix liquefieret. i
illa aq̄ liquefacta ex niue posset fieri baptism9
¶ Solet aūt ex aliq̄bus talis questio fieri Si
esset vn9 puer baptisandus iuxta vnū puteuz
pfundū. ⁊ ille q̄ debet eum baptisare nō habe
ret cū quo traheret aquaz de puteo. nec posset
aliūde aquam habere. ⁊ puer esset in periculo
mortis. nōquid deberet eum in puteū pijcere.
dicendo Baptiso te in noīe patris ⁊ filij ⁊ spi-
ritussancti. amen? Dicendū est q non. qz scd̄m
q dicit beatus paulus. Nō sunt faciēda mala
vt inde eueniant bona. licet ergo ex hoc istud
bonū eueniret q anima illi9 pueri saluaret. tū
ille q̄ pijceret eum faceret istud malū q pecca
ret mortaliter. ⁊ sic (q̄ztū i se esset) dānaret ani-
mā suā. ⁊ q̄libet scd̄m exordiū charitatis plus
debet diligere animā suā. q̄z animā cuiuscūqz
alteri9 ¶ Et si dicat q talis pōt ɔfiteri de isto
peccato. ⁊ sic nō dānaret animā suā? Dicendū

questio

q istud est fatuū dicere. qr nullus certus ē de vita sua. Uñ iste nō est certus si statim postq̄ ꝓpleceriꝫ puer. vel etiā in ipso actu ꝓplectōnis moreret. vnde habere talem spem ē ꝓprie deū tentare. qr certū ē si talis ꝓpiciat puerū peccat mortaliter. incertus est autē si deus dabit sibi spaciū penitendi. q̄re faciēdū est secūdū ꝯsiliū beati augustini dicētis. Tene certū ⁊ dimitte incertū. ¶ Notandū aūt si aq̄ sit callida vel frigida nihil facit ad baptismū. sed semꝑ vitādū ꝑiculum baptisandi.

¶ De forma baptismi. Ca. iij.

Distinctio baptis: latis Greco: et Latin:

Circa formā baptismi. Sciendum q alia forma vtūtur greci in baptisando. ⁊ alia forma latini. Greci enī vtūtur tali forma. baptisetur seruꝰ cristi. in noīe patris ⁊ filij ⁊. s. s. amē. Latini aūt vtūtur tali mō. baptiso te in nomīe patris ⁊ filij ⁊ spūsancti amē. Et q̄zuis ex vtraq̄ forma sequat̄ baptismus. nam greci baptisati sunt sicut latini. qđ patꝫ. qr q̄ redeūt ad vnitatē ecclesie romane nō rebaptisant. tñ forma latinoꝝ ꝯuenientior est q̄ꝫ forma grecoꝝ. Qđ ptꝫ quo ad nunc ex duobus. Primo qr forma illa baptismi ꝯuenientior est que magis cōcordat cum verbis christi instituentis baptismū. sed christus instituēs baptismū dixit apostolis. vt

pars 1a

A

recitat beatus Matheus in euāgelio. ca. viii.
Ite docete oēs gentes baptisantes eos ī noīe
patris ꝛ filij ꝛ spūssctī. ꝛ cū istis verbis magis
concordat istud verbū baptiso. q̄ȝ baptiset. quia
baptiso est actiuū. ꝛ baptisetur est passiuum. ꝛ
istud ꝑticipiū baptisantes. descēdit ab actiuo
ꝛ nō a passiuo. q̄re ꝯuenientior est forma lati-
norum que dicit (baptiso) q̄ȝ grecorū que dicit
baptisetur. ¶ Secūdo pōt illud idē patere sic
Illa forma baptismi est cōuenientior. in q̄ ꝛ ꝑ
quā exprimūtur ea q̄ sunt necessaria ī baptis-
mo. sed talis est forma latinoꝝ ꝑ cōparationē
ad formā grecoꝝ. q: in baptismo est necessaria
virtus dei ꝯferentis efficaciā baptismo. ꝛ istud
tangit in vtraq; forma cū dicit. In noīe patris
ꝛ filij ꝛ spūssctī. amē. Et etiā ibi necessaria ꝑso-
na suscipiētis baptismū. ꝛ istud exprimitur in
forma grecoꝝ cū dicit seruus christi. In forma
aūt latinoꝝ exprimit cū dicitur (te. Est etiā ibi
necessaria ꝑsona ministri baptisantis. que nō
exprimitur ad minus explicite ī forma grecoꝝ
In forma aūt latinoꝝ exprimit explicite ꝑ hoc
qđ dicit (baptiso) q̄re ꝯuenientior est forma la-
tinoꝝ q̄ȝ grecoꝝ. Uerisimile est etiā ꝙ forma q̄
vtitur romana ecclesia q̄ (dño disponente. oīm
ecclesiaꝝ caput est ꝛ magistra. extra de bap. ꝛ

eius effectu.c.maiores.)sit conuenientior q̄cunq̄ alia. Est ergo debita forma baptismi. Baptiso te in noie patris ⁊ filij ⁊ spūssci.amē. Qd aūt nominet baptisandus vel addat eius nomen. aut ponat ibi.ego.dicēdo petrus vel barbara Ego te baptiso in noie patris ⁊ filij ⁊.ss.amen. nō sunt de essentia forme.cum sine ipsis possit fieri baptismus.tñ debēt poni in forma ꝑpter maiorē expressionē.licz nō sit necessariū ꝙ ponant. Ista aūt forma pōt proferri in latino vel quocūq̄ alio idiomate. ¶ Utrū aūt possit aliquid immutari circa istā formā. Sciēdū est ꝙ ille q̄ aliq̄d mutaret aut intenderet mutare ritum ecclesie.sic nō esset baptismus.aut intenderet facere illud idem qd facit ecclesia.sed ex quadā ignorantia vel inaduertētia aliq̄d circa istam formā mutaret. ¶ Tūc circa hoc sciēdū est ꝙ talis mutatio potest fieri quinq̄ modis.
1 Uno mō totaliter omittendo verba ipsi⁹.⁊ tūc non fit baptismus ex tali forma. sicut si diceret Baptiso te ī noie genitoris ⁊ geniti ⁊ ꝓcedētis ab vtroq̄.licet eni ⁊ cōi vsu loquendi.)genitor significet patrē.⁊ genitus filiū.et ꝓcedens ab vtroq̄ spūm sāctū.tñ ꝓprie loquendo in diuinis genitor ⁊ genit⁹ ⁊ ꝓcedēs. expssius significāt act⁹ notionales ipsarū ꝑsonarū q̄ ipsas ꝑsonas

Pars 1a

In forma aūt baptismi debet fieri mentio ex-
pressa de psonis. Alio mō potest fieri mutatio
circa formā ipsius baptismi trāsponendo v̄ba 2o
ipsius forme. sicut si diceret. Baptiso te ī noīe pro: te
patris ⁊ filij ⁊ spūsscī. am̄. Vel quōlibet aliter baptiso
trāsponendo. ⁊ tunc cum maneat idem sensus
verboꝝ. ex tali mutatōe nō impedit baptism⁹.
¶ Alio mō pōt fieri mutatio addēdo aliquid 3o
ad ipsam formā. et tūc talis additio corrumpit
sensū v̄boꝝ forme. sicut mutabat formā Arri⁹
dicendo sic. Baptiso te in noīe patris maioris
⁊ filij minoris. ⁊ spūsscī. ⁊ tūc nō fit baptismus
Aut talis additio nō corrūpit sensum verborū
forme. eo ꝙ non obstante tali additione adhuc
manet idem sensus v̄boꝝ. ⁊ tunc si ille q̄ addit
aliq̄d intendat mutare formā. nihil facit cū nō
baptiset in fide ecclesie. Si aūt nō intendit mu
tare formā ecclesie. sed ex quadā fatua deuo-
tione addat aliq̄d sic dicendo. Baptiso in noīe
p. ⁊. f. ⁊. ss. ⁊ beate v̄ginis. vel beata v̄go iuuet
te. vel aliq̄d aliud simile. talis additio nō impe
dit baptismū. Alio mō pōt mutari forma bap 4o
tismi. diminuēdo aliq̄d de ea. ⁊ tūc si diminuat
dictio integra quecūq; sit illa de omibus istis
baptiso te in nomine patris ⁊ filij et. ss. Amen.

nihil fit. q2 oĩa ista ṽba sunt de essentia forme
¶ Si aũt nõ diminuat̃ dictio ĩtegra sed pars
dictionis. tũc si diminutio talis fit in pꝛincipio
dictionis. sicut de ista dictõne patris vel q̃cũq3
alia. subtrahatur pꝛima littera vł syllaba. talis
diminutio impedit baptismuz cũ tollat̃ sensus
verboꝝ. Si aũt talis diminutio fiat de fine di-
ctionis. sicut de ista dictõe patris remoueat̃ s
vel aliq̃d tale. diminutio talis nõ impedit bap
tismũ cũ maneat idem sensus ṽboꝝ. sicut nar-
ratur in decretꝫ tractatu de ↄse. dist. iiij. c. retu
lerũt nũciꝫ) ꝙ q̃dã sacerdos ignarus lingue la
tine baptisabat sub ista forma Baptiso te ĩno
mine patria ꝛ filia ꝛ spũsancta. ꝛ dicit papa in
decreto illo. ꝙ vere baptisabat. ¶ Alio modo
põt fieri mutatio circa formã baptismi interrũ
pendo ṽba istius forme. ꝛ tũc si sit tanta inter-
ruptio ꝙ mutet intentionẽ baptisantis. sicut si
de mane diceret. Ego baptiso te. ꝛ postea iret
ad expediendũ negocia sua. ꝛ postea qñ redi-
ret diceret. in nomine patris ꝛc. nihil faceret.
Si aũt nõ sit tanta interruptio ꝙ mutet inten-
tionẽ baptisantis sicut si diceret. Baptiso te in
nomine patris. ꝛ hoc dicto dicat assistentibus
tacere. orate deũ. vel aliquid tale. ꝛ postea ꝓfi
ceret. nõ impeditur baptismus

De Ministro Baptismi. Ca. iii

Pars. 1

Minister baptismi est duplex. vnus extra
casum necessitatis. ⁊ iste est solus sacer
dos. ad solū enī sacerdotē extra casum necessi-
tatis ꝑtinet baptisare. cuius ratio assignatur a
doctoribus talis. ille est ꝓprius et ordinarius
minister sacramentoꝝ q̄ habet potestatē supra
corpus christi verū. sed sacerdos est hmōi ergo
solus sacerdos est ꝓprius ⁊ ordinarius mīster
sacramentoꝝ. Quod autē ad illū ꝑtineat ministra
tio sacramentoꝝ q̄ habet potestatē sup corpus
christi verū. ꝓbatur sic. Quia ad illū ꝑtinet or-
dinatio corporis mystici quod est ecclesia. id est
ꝯgregatio fideliū q̄ habz potestatē sup corpus
christi verū. sed talis ē sacerdos. quare ad solū
sacerdotē ꝑtinet dispensare siue ministrare sa-
cramēta. ¶ Alius est minister baptismi ī casu
necessitat'. ⁊ iste pōt esse tam vir q̄ mulier. tā
fidelis q̄z infidelis. hoc enim interest inter ba-
ptismū ⁊ alia sacramēta. q̄ minister baptismi
potest esse alius q̄z sacerdos nō autē minister
alioꝝ sacramentoꝝ. Et ratio istius est. q2 bap-
tismus est sacramentū maxime necessitat'. nō
autē alia sacramēta. q2 sine baptismo nō potest
aliquis saluus fieri. sine vero alijs sacrament'
multi saluantur. ¶ Arguūt ergo doctores sic.
Illud sacramentū quod est tante necessitat' q̄

sine eius susceptione nullus pōt saluari. debet habere ministrū ita cōmunē q̄ ppter defectū ministri nullus ab eius susceptiōe excuset. sed sacramentuȝ baptismi est tante necessitatis q̄ sine eius susceptiōe nullus saluari pōt. dicente christo saluatore nostro. Johā. iij. Nisi q̄s renatus fuerit ex aqua ⁊ spū. sctō. nō pōt introire in regnū dei. Ideo sacramentū debet habere ministrū cōem q̄ nemo ppter defectum ministri excuset a susceptiōe baptismi. Et idcirco ī casu necessitatis tā vir q̄ȝ mulier. tam fidelis q̄ȝ infidelis. sicut iudeus paganus. hereticus potest baptisare. dūmodo baptiset in aqua. et debite pferat verba forme baptismi. ⁊ habeat intentionē faciēdi illud qđ facit ecclesia. lȝ infidelis credat illud nihil valere. ita tn̄ q̄ sp̄ p deferendū est ceteris paribus digniori. Unde infidelis in p̄ntia fidelis nō debet baptisare. Mulier etiaȝ in p̄ntia viri nō debet baptisare. non pmotus ad sacros ordines in p̄ntia pmoti nō dȝ baptisare. Similiter nec laicus in p̄ntia clerici tonsurati nō debet baptisare. Et rō istoꝝ est. quia ille q̄ baptisat in p̄ntia christi baptisat. ⁊ representat eiꝰ psonā. q̄ pfectius repn̄tat p fidelē q̄ȝ per infidelē. p viruȝ q̄ȝ p mulierē. p pmotū q̄ p nō pmotū. p tonsuratū q̄ȝ p nō tonsuratū.

¶ Sciendū tñ q in illo q̄ baptisat. reqritur sp̄ intentio baptisandi.scz illud faciendi qḋ inten dit seu facit ecclesia. aliter non est baptismus q̄zuis alia necessaria ad baptismū sint ibi.non aūt reqritur de necessitate q sit talis intētio q baptisans intēdat baptismū valere baptisato ad vitā eternā.immo cū intentōne ꝯtraria.scz cū intentōne q baptismus nihil valeat.potest etiā baptismus fieri.solū enim reqritur q bap tisans intendat facere illud qḋ facit ecclesia.ꝛ sic quodcūqꝫ sit illud valet baptismus. ¶ Sed nūquid si aliqs minimus.vel qcunqꝫ alius lu dēdo aspgat aquā sup aliquos nō baptisatos dicendo.baptiso vos in noīe patr ꝛc.an tales erunt baptisati? Dicendū q talis aut intendit baptisare.intendendo facere illud qḋ facit ec clesia.lꝫ de hoc faciat trufas ꝛ derisiones suas ꝛ tūc talis q̄zuis grauiter peccet(faciēdo irre uerentiā sacramento.)tñ vere ꝯfert baptismū. Si aūt in mente nō intendat facere illud quod facit ecclesia.nihil facit. ¶ Nūquid in casu ne cessitat aliqs pōt baptisare seipsum? Dicēdū q iste casus ponit in q̄dā decretali incipiente Debitū.extra de bap.ꝛ eius effec. Ubi narrat de quodā iudeo q̄ ꝓpter metū iudeoꝝ non au debat vocare aliquē fidelē.sed accipiēs aquā

dixit. baptiso me &c. Et ad eius euidentiam n
tandũ q triplex est baptism⁹. scz fluminis. q
aliqs baptisatur in aqua. et iste baptismus e
sacramentũ ecclesie & de isto loqmur hic. Et l
quendo de tali baptismo nullus pōt baptisar
seipsum. & rō reddit a papa in illa decretali. q
baptismus est qdam generatio spũalis. & sicu
seipsum nemo pōt generare corpaliter dicent
Aug⁹. in li. de tri. Nullus seipsum gignit co
poraliter. qre nullus pōt seipsum generare sp
ritualiter. baptisando seipsum. ¶ Est et aliu
baptismus. scz flaminis. qñ spũssctus mũdat
abluit animã alicuius inuisibiliter a pctō. & ta
li baptismo pōt aliqs seipsuz baptisare. dispo
nendo se ad gratiã dei. vt nō baptisatus adul
tus habẽdo deuotionẽ ad baptismũ. & essendo
in pposito q si haberet oportunitatẽ suscipe
baptismi sacramentũ. Vñ et si moriat in tali
pposito saluat. nec est cōtra vbũ allegatũ. nisi
qs renat⁹ fuerit &c. qr intelligendũ est renatus
ex aqua in paruulis i re. in adultis. in re vel in
voto. licz enim iste nō sit regeneratus ex aqua
in re. est tñ in voto. ¶ Et est alius baptismus
scz sanguinis qñ aliqs non baptisatus suscipit
mortẽ p fide christi. & talis baptism⁹ pficit ad
salutẽ. dũ tñ habeat baptismus aque in voto.

ille qui sustinet mortem sit adultus. sicut habetur in legenda beate katherine de rhetoribus qui ad eius predicationem conuersi sunt quos imperator iussit comburi. Si autem non sit adultus non requiritur tale votum. sed sufficit mors tolerata pro christo sicut fuit de innocentibus. et tali baptismo nullus potest se baptisare. quia nulli licitum est seipsum interficere pro quacunque causa. nec est contra hoc de Sansone et Josia. qui interfecerunt seipsos. quia (vt dicit beatus hieronymus) factum eorum non est trahendum ad consequentiam. quia priuilegia paucorum non faciunt legem communem. ¶ Nunquid etiam in ministro requiritur bonitas vite. scilicet quod sit sine peccato mortali? Dicendum quod illa questio intelligenda est de sacerdote. qui (vt dictum est) ipse proprius est minister baptismi. Unde ad huius solutionem dicendum est. quod quantum est ad effectionem baptismi. nihil facit bonitas vel malicia ministri. quia siue sit bonus siue malus. confertur (vt dictum est) baptismus vere. ¶ Sed quantum ad ministrum. vtrum peccet vel non. baptisando. Dicendum quod aut sacerdos baptisat in casu necessitatis et sine solennitate aliqua. sicut facit vna antiqua vetula. et tunc non peccat mortaliter. si baptiset existens in peccato mortali. aut baptisat extra casum necessitatis. cum solennitate et tunc peccat mortaliter existens in peccato mortali

si baptiset. qr facit irreuerentiā sacramento

¶ Vex est q dñs Durādus quondā eps anicensis (q fuit doctor sacri palacij) dicit i suo sacramētali. q quocūqꝫ sacerdos existens i pctō mortali baptiset. peccat mortalit. vtrū aūt eius opinio sit vera nescio. scio tñ q est bñ dura.

¶ Sciendū insup q minister baptismi debet esse vnus. Et rō cōiter assignatur a doctorib⁹. qr baptisans baptisat in psona christi (q̄ ē vna) ꝛ ideo psona baptisant debet esse vna. Unde plures nō possunt baptisare vnum. Et si dicat q vnus pōt baptisare plures, dicēdo, ego vos baptiso in noīe p. ꝛ fi. ꝛ sp. Dicendū q nō est simile. qr qñ dicit baptiso vos. idem est acsi diceretur. baptiso te ꝛ te. qñ aūt dicit nos baptisamus te. idem ē si diceret. ego ꝛ tu baptisam⁹ te. qr differentia est inter nos ꝛ vos. qr nos idē est qd ego ꝛ tu. vos aūt idē est qd te ꝛ te. ideo dicendo vos. nihil mutatur in forma. sꝫ dicēdo nos. aliqd mutat in forma. ¶ Solet autē poni talis casus. Ponat q hic sint duo. vn⁹ sit mut⁹ ꝛ alius mancus. ꝛ ibi sit puer baptisandus. et mutus aspgat cū aqua. ꝛ mācus pferat vba. Querit vtrū talis puer sit baptisatus? Dicēdū q aut isti baptisant in forma grecorū aut latinorū. si i forma latinorū. tūc dicūt aliq doctores

Pars 1ª

q talis puer nō est baptisatus. qz (vt dictū est) in quacūqz forma baptisat baptisans. ī forma christi baptisat (vt dicit beatus Iohānes baptista .v. de christo. Qui me misit baptisare. ipse mihi dixit. Sup quē videris spm̄ descendentē hic est q̄ baptisat. Persona aūt christi est vna vt ait Athanasius. Nō duo sed vnus est christus quare oportet q ille q̄ baptisat sit vn⁹ in q̄cūqz forma baptiset. ¶ Alij autē doctores (sicut Johānes Scotus ꝛ eius sequaces) dicūt q si baptisant ī forma grecoꝝ baptisat⁹ ē. qz (vt dictū est) licz ille q̄ baptisat in ꝑsona cristi (cuius est vna ꝑsona) baptisat. tn̄ in noīe trinitat (. ī qua sunt plures ꝑsone) ꝛ sic non ꝯtrariat baptismo scd̄m formā grecoꝝ. si sint plures baptisantes ¶ Que istaꝝ opinionū sit vera nescio. sz meo iudicio. papa esset sup hoc ꝯsulendus. ad quez maiores questiones potissime circa articulos fidei ꝯtingentes. sunt referende. ex̄. de bap. ꝛc̄ ¶ Propter rōnē supradictā de differentia. s. inter nos ꝛ vos. (q̄ est rō doctoris b. thome. in vltima ꝑte sue summe.) assignat etiā talis rō a magistro herueo britone. q̄a ī sacramēto maxie veritat nihil debz esse falsitatis. sed baptismus est sacramentū maxime veritat (. ḡ in baptismo nihil debet esse falsitatis. Sed si isti vterentur

papa in maioribus consulendus

forma latinoꝝ qua vtit romana ecclesia. et sibi
adherentes esset in tali baptismo falsitas. qꝛ si
mancus diceret. ego baptiso te. id est abluo te.
mentiret. qꝛ ipse nõ abluit. imo hoc facit mut⁹
q̃re manifestũ est ꝙ talis baptismus ẽ nullus
Hãc aũt rõnẽ conant̃ soluere aliq̃ doctores di
centes. ꝙ si ille mãcus nõ diceret. ego baptiso
te. sed diceret. nos baptisamus te. ⁊ si nõ dice
ret falsum. imo veꝝ. qꝛ ista oratio. nos baptisa
mus te. vera est per synodechen. sicut si essent
duo scriptores q̃ scripsissent vnũ librum. ita q
vnus scripsisset vnã medietatez. ⁊ alius aliam
vn⁹ coꝝ posset vere dicere. nos scripsim⁹ istũ
libꝝ. A simili cũ mutus ĩ tali baptismo. asper
gat vel infundat aquã. ⁊ mãcus ꝓferat verba
vterq; põt dicere nos baptisamus te. Hoc aũt
nihil valet. qꝛ ad hoc ꝙ aliq̃ ꝓpositio verificet
ꝑ sinodochen de duob⁹. oportz ꝙ ãbo fecerint
actus eiusdẽ rõnis. qꝛ si fecissent act⁹ diuersaꝝ
rõnũ. vna ꝓpositio nõ posset verificari de eis.
sicut si vn⁹ rasisset ꝑgamenũ. d̾ quo esset fact⁹
liber. ⁊ alius scripsisset libꝝ. ista ꝓpõ (nos scri
psim⁹ istũ libꝝ) nullo mõ posset verificari d̾ illi
sic ⁊ de istis ẽ dicẽdũ. nos baptisam⁹ te. qꝛ in
fundere aquã ⁊ dicere ꝟba. sũt act⁹ diuersaꝝ
rõnũ. idõ de istis ꝓpõ nullo mõ põt verificari.

pars 1ª

¶ De suscipientibus baptismū Ca. v.

Baptismum debent suscipere tam viri q̄ mulieres. q2 sine baptismo. vel in re. vel in voto (vt dictū est) nullus potest saluari. sed aliter est de adultis. ⁊ aliter de paruulis. q2 in adulto (qui recipit baptismū) reqritur intentō ppria suscipiendi illud qd̄ ꝯfert ecclesia. q2 nemo ex aqua ⁊ spūscō renascit̄ nisi volens. saltē in adultis et sue voluntatis arbitriis. de conse. dist. iiij. c. nemo. In paruulo aūt sufficit fides ⁊ intentio eoꝝ qui eum offerūt ad baptismū

in {re, voto}

¶ Sed nūquid pōt aliqs in ventre matris bap tisari. sicut si vna mulier p̄gnans de vno puero sit in piculo mortis. nūquid in ventre eiꝰ debꝫ puer baptisari. Dicendū est q̄ nō. Cuius ratio assignatur a doctoribus talis. q2 ille q̄ suscipit baptismū. debꝫ suscipi a manibus ministri ec clesie. et aspergi aqua vel immergi. sed ista nō possunt fieri circa existentē in vtero matris q2 existēs in vtero matris nō debet nec pōt bap tisari. vide . ca. qm in maternis. in principio. de ꝯse. dist. iiij. Ubi dicit̄ q̄ q̄ scd̄m adā adhuc natus nō est. scd̄m christuz adhuc generari nō pōt. et in ca. si quicq̄d est i hoīe. ¶ Sed ponat̄ q̄ aliq̄ pars pueri appareat extra. nūqd talis Puer (si timeat̄ d̄ piculo. ita q̄ nō pōt expectari

ꝙ totaliter nascatur) pōt baptisari? Dicēdū ꝙ illa pars q̄ apparet extra. aut ē caput aut alia pars corpis si sit caput. debet aspgi aq̄ dicēdo baptiso te in noīe patr̄ ⁊ fi. ⁊c. ⁊ est vere bapti satus. ⁊ si nascat̄ postea nō dʒ āpliꝰ baptisari. Et rō est. qꝛ caput est principalior pars corpis ⁊ in eo vigent oēs sensus corporis. Si aūt illa pars q̄ apparet est alia q̄ʒ caput. sicut manus vel pes. tūc dicūt aliq̄ doctores ꝙ illa pars dʒ aspergi aqua ⁊ baptisari. ⁊ tūc est vere bapti satus. ⁊ si nascat̄ nō debet āplius baptisari. et rō est. qꝛ baptismus fit ꝓpter animā ⁊ nō ꝓpt corpus. anima autē q̄ʒtum ad suā essentiā, est tota in toto: ⁊ tota in qualibet pte corpis. ideo vna pte corporis baptisata. totū est baptisatū ⁊ si nascatur postea nō debet āplius baptisari
¶ Alij aūt dicūt. ꝙ talis pars (q̄ apparʒ extra debet aspergi aqua ⁊ baptisari. sed si puer na scatur postea. debet baptisari sub ista forma (si tu es baptisatus ego nō baptiso te. sed si tu nō es baptisatus. ego te baptiso in noīe p. ⁊ fi. ⁊c. Quis istoꝝ veriꝰ dicat nescio. sed tamē credo ꝙ istud vltimū sit securius. ¶ Sed nūquid si esset aliquis sanctificatus in vtero matris. de bet baptisari? Dicendū ꝙ sic. nō quidē ꝓpter culpam quam haberet. sed vt ascriberetur nu

mero fidelium in susceptione caracteris baptis-
matis. et vt impleretur preceptum christi de su-
sceptione baptismi. ¶ Sed nunquid filij iudeorum
paruuli sunt baptisandi. inuitis parentibus?
Dicendum quod aliqui doctores (sicut Johannes
scotus. et dominus Durandus episcopus aniciensis et sui
sequaces) dicunt quod sic. dicunt enim quod principes
et domini terrarum (in quibus habitant iudei) possunt
eis auferre filios. et eis inuitis. eos facere ba-
ptisari. cum iudei sint eorum serui. et secundum leges
filij seruorum sint dominorum quorum sunt serui. ita quod
possunt eos vendere vel impignorare. ¶ Ar-
guitur ergo sic. Maius est aliquem posse obligare
vel abdicare seruituti alicuius domini temporalis
quam seruituti dei. cui omnis homo de iure natu-
rali tenetur seruire. sed domini terrarum (in quibus
habitant iudei) possunt vendere filios iudeorum
et tradere eos alteri domino. inuitis parentibus. ergo
possunt eos inuitis parentibus tradere serui-
tuti christi. quod fit in suscipiendo baptismum
¶ Alij vero doctores (sicut b. thomas de aquino
et sui sequaces) dicunt quod filij iudeorum paruuli
non sunt inuitis parentibus baptisandi. et hoc
propter periculum quod posset contingere quando
isti paruuli (qui inuitis parentibus essent baptisati)
essent adulti. cum proles naturaliter sequatur

Pars 1a

patrem. ipsi forte abnegarent baptismū. ⁊ redi
rent in iudaismū. Verisimile est enī si iudeoꝝ
filij paruuli essent (inuitis parentibus) bapti-
sandi. christianissimi impatores ⁊ reges q̄ pre-
cesserūt ⁊ fuerūt tanti zelatores fidei) fecissent
filios iudeoꝝ baptisari. ⁊ etiaz sūmi pontifices
inducerent reges et principes (in quoꝝ terris
habitāt iudei) ad hoc faciendum. Quis istoꝝ
verius dicat iudicio lectoris relinquo. ¶ Sed
nūquid furiosi ⁊ amentes debēt baptisari? Di-
cendū est q̄ isti furiosi. aut fuerūt furiosi a na-
tiuitate. ita q̄ nunq̄ habuerūt vsum rōnis. aut
habuerūt aliquotiēs vsum rōnis sed amiserūt
ꝓpter aliquā cām. Si fuerūt furiosi a natiui-
tate. nō sunt baptisandi. q2 (vt dictū ē) i adulto
reqrit fides ⁊ deuotio suscipiēdi illud qd con-
fert ecclesia. sed tales non possunt habere fidē
neq3 intentionē. cum supponat eos nunq̄ ha-
buisse vsum rōnis. ergo tales nō possunt susci
pere baptismū. Si aūt nō fuerūt furiosi a nati
uitate. sed habuerūt aliquotiēs vsum ratōnis
vł habebāt aliquotiēs plucida interualla siue
tēpora. tūc si in tpe quo habebāt lucida inter-
ualla aut vsum rōnis. habeāt fidē ⁊ deuotionē
ad baptismū. ⁊ petierūt ipsuz. debēt baptisari
si necessitas sit (quanq3 sint in furia.

Si aūt tpe quo habebant vsum rōnis. vel tpe quo habebāt ꝑlucida interualla. nō habebāt fidem ⁊ deuotionē ad baptismū. et nō petebant ipsum. nō debent baptisari. Et idē dico de demoniacis. qꝛ si anteq̄ȝ essent demoniaci habebāt fidem ⁊ deuotionē ad baptismū ⁊ petebāt baptisari. debent baptisari. si aūt nō habebāt. nō debent baptisari. Simile iudiciū est de frenetico. ¶ Utrū aūt dormiens debeat baptisari Dicendū est ꝙ si possit excitari. nō debet baptisari in somno. sed si nō possit excitari. tūc distinguendū est vt sup̄ius. qꝛ aut tpe vigilie habuit deuotionē ad baptismū ⁊ petiuit ipsum. ⁊ tūc debet baptisari. aut nō habuit fidē nec deuotionē ad baptismū. ⁊ tūc nō debet baptisari ¶ Sed quid si sit vnū monstrū. quod habeat duo corpora ꝯiūcta. debet ne baptisari vt vna ꝑsona vel due? Dico ꝙ cū baptismus fiat ꝓpt corpus, quātūcūq̄ȝ essent duo corpora si solum esset vna anima. deberet baptisari vt vna ꝑsona. sȝ si essent due anime, deberet baptisari vt due ꝑsone. Sed quō scietur vtrū sit vna ꝑsona vel due. Dico ꝙ si sint duo corpa ⁊ duo capita. supponendū est duas esse aīas. Si aūt vnum esset caput, essȝ vna aīa. ⁊ sō sisūt duo pectora

Pars. 1a

non

et duo capita. supponendū est duas esse aīas. Si aūt vnū esset pectus ꝛ vnū caput. quantūcunqꝫ omnia alia mēbra multiplicata erit vna anima.

¶ De ritu baptismi Ca. vi.

Baptismus fit duobus modis. Uno mō īmergendo in aquā. Alio mō aspgendo aquā. Quis autē fiat melius. Dicendū ꝙ nisi timeatur de p̄iculo. vel ꝓpter baptisantis debilitatē vel pueri. vel aliquid aliud. meli9 fit immergendo in aquā q̄ꝫ aspgendo. Cuius ratio assignat. qꝛ baptismus signat sepulturā cristi. vn̄ dicit apostolus. Consepulti eni estis xp̄o p baptismū Sed melius figurat sepultura qn̄ fit īmergendo q̄ꝫ qn̄ fit in aspgendo. ¶ Sciendū ꝙ vnusquisqꝫ debet seruare rituꝫ ecclesie. nec dz ipsum mutare. Utrū aūt requiratur terna immersio vel aspsio. vel sufficiat vna? Dicendū est ꝙ sufficit vna. vt de ɔse. dist. iiij. c. ꝓpter. Sed ceteris paribus fit melius p ternā. vt in c. postq̄ dist. iiij. Et glo. qꝛ baptismus dat ī noīe totius trinitatis. q̄ melius repn̄ntat p ternā immersionem vel aspsionem q̄ꝫ p vnā. ita tñ ꝙ v̄ba nō finiantur anteq̄ꝫ omnes tres sint complete In hoc aūt ꝙ fiat vna vel terna. quilibꝫ debet seruare ritum ecclesie sue

¶ De effectu baptismi Ca. vij.

Effectus principales baptismi sũt delere omnẽ culpã tam originalẽ q̃z actualem. ꝛ cõferre gratiã. ꝛ apire ianuã regni celestis. In quo differt a circũcisione. qm̃ licet añ passionẽ xp̄i circũcisio deleret culpã originalẽ. ꝛ cõferret gratiã. tñ ianuã regni celestis apire nõ poterat. Et ista est sententia venerabilis bede q̃ dicit in omel. sua de circũcisione dñi. Scire inq̇t debet fraternitas vestra. ꝙ idẽ salutifere curatiõis remediũ olim circũcisio in lege ꝯtra originale peccatũ agebat. qđ nunc tp̄e gratie reuelate. baptismus agere ꝯsueuit. excepto ꝙ ianuã regni celestis apire nõ poterat. ¶ Sciendũ ꝙ baptism⁹ aliter opat̃ i puulis. ꝛ aliter in adultis. q: in puulis nihil req̇rit̃ a pte ipsoꝝ sz i adult⁊ req̇rit̃ a pte ipsoꝝ ꝙ nõ ponãt obicẽ i. nõ habeãt ꝯtrariã dispositiõẽ. s. ꝙ nõ accedãt ficte ad baptismũ. sed accedãt cũ debita deuotione. nõ solũ aũt baptism⁹ ꝯfert gratiã. immo etiã oĩb⁹ ipsũ suscipiẽtib⁹ tã puulis q̃z adult⁊ q̃ nõ ponũt obicẽ. ꝯfert oẽs ꝟtutes, tã theologicas q̃z morales. ꝛ si nõ q̃tũ ad vsũ ad min⁹ q̃tũ ad habitũ. Et ista ẽ snĩa ꝯsilij generalis vt in cle. de sum. tri. ꝛ fide ca. Fidei catholice.

Est insup aliu⁹ effectus baptismi. qꝛ ꝑ ipsum ꝯtrahit cognatio spūalis q̄ impedit matrimo-niū cōtrahendū. ꝛ dirimit iam ꝯtractū. de hoc tamē dicet infra qñ agetur de matrimonio.

¶ Per baptismū etiā imprimit caracter. vt dictū est supra. ideo baptism⁹ nō debet iterari immo pena illi⁹ qui iteraret scd̄m leges esset decapitatio. C. ne sanctū bap. iteret. le. ij. scd̄m vo canōes est nō ꝓmoueat ad sacros ordines

¶ De annexis baptismo. Ca. viij.

Baptismū (quādo fit cū debita solēnitate ꝓcedūt cathecismus ꝛ exorcismus. Cathecism⁹ idē est qđ instructio. qꝛ in cathecismo instruitur baptisandus de fide et merito fidei. vñ baptisando petit sacerdos. Quid petis ab ecclesia? At ipse (si sit adultus) respōdet fidem Si aūt sit paruulus. rñdent i ꝑsona ei⁹ patrini Et tūc sacerdos petit. Fides quid tibi ꝓstabit At illi rñdent. vitā eternā. Tūc dicit sacerdos Hec est vita eterna. ꝛc. ¶ Et in isto cathecis-mo sacerdos tria facit. Primo mittit digitum in aures eius. ꝛ ponit de saliua eius in ore ei⁹ et signat ꝙ baptisandus debet habere aures apertas ad audiendū verba dei ꝛ documenta fidei Positio saliue signat ꝙ debꝫ esse ꝓmpt⁹ ad loquēdū d̄ fide. qꝛ locutio fit mediāte saliua.

Secũdo facit ei crucē in fronte et in pectore. et signat q baptisandus debz habere et recipe fidē christi in corde. qđ signat crux facta in pectore. et in ore pfiteri fidem christi. nec debet erubescere fidez christi. quod signat crux facta in fronte. qr in fronte statim apparet verecũdia. qm scđm q dicit apostolus ad Ro. xij. Corde creditr ad iusticiā. ore aũt pfessio fit ad salutem Tercio ponit ei sal in ore. qđ signat sapientiaz iuxta doctrinā apostoli ad collossen. iiij. Omis sermo eius debet esse sale diuine sapientie cōditus. ¶ Exorcismus idē est qđ adiuratio. qa adiuratũr demon vt recedat ꝺ aia baptisandi et det locũ spũisancto aduenienti. Et facit tria sacerdos baptisando. qr primo facit ei crucem in fronte cũ police. et signat q baptisandus cōsignatr. vt sit templũ dei seu habitaculũ spũsscĩ Secũdo facit ei crucē ꝺ sputo ad aures. ad nares et ad os. et signat q baptisandus dz habere aures cordis clausas. ne audiat suggestiones dyaboli. Os etiā debet habere clausum ne loquatr mala xba. et debet sic viuere. vt sit scđm doctrinā apostoli bon9 doctor christi i vita sua vel istud significat q dz emittere fumũ orōnis deuote p quā effugat demon. iuxta xbũ Raphaelis in thobia. ca. iiij. Fumus eius effugat

omne genus demoniorum. et ista facit cum sputo⸗ virtute cristi (quod significatur per sputum) secundum quod dicit glo. super illud Jo. ix. Lutum fecit ex sputo nam sicut sputum emittitur ab interioribus cordis. ita filius dei gignitur ex substantia dei patris. Tercio facit ei crucem de oleo exorcisato in pectore et inter spatulas et signat quod baptisandus debet esse fortis ad luctandum contra diabolum. et ad portandum onera penitentie. et ista fiunt mediante oleo diuine gratie
¶ Post baptismum autem tria facit sacerdos baptisato. Primo vngit eum crismate. et signat virtutem gratie spiritussancti quam suscepit in baptismo. secundo tradit ei vestem albam. et signat innocentiam baptismalem. Tercio tradit ei cereum accensum. et signat lumen fidei. quod datur in baptismo. ¶ Sciendum insuper quod ista non sunt de essentia baptismi. quia sine ipsis bene potest dari baptismus in casu necessitatis. Sed in tali casu si baptisatus superuixerit. debet portari ad ecclesiam. et ibidem cathecisari et exorcisari propter ritum ecclesie seruandum non autem debet iterum baptisari si sit certum quod sit recte baptisatus. sed si non sit certum. debet baptisari sub ista forma. Si tu es baptisatus ego non baptiso te. sed si tu non es baptisatus ego te baptiso in nomine patris et filii et spiritussancti amen. Et hec de baptismo sufficiant

Pars. 1ª

¶ Tractatus tercius prime partis principalis de confirmatione.

¶ Quid sit confirmatio. Ca. primū.

¶ Qualiter cōtrahant sponsalia. Ca. secūdū

Contrahūtur aūt sponsalia quatuor modis. Uno mō nuda ꝓmissiōe. sicut qn̄ dr. Accipiā te in vxorē. ⁊ accipiā te in viꝝ. Scdo modo datis arris sponsaliū. puta pecunia vel aliqbus aliis rebus. tercio mō anuli sub arratione. Et dr vulgariter desponsatio. sed ꝓprie subarratio nūcupatur. Quarto mō interueniēte iuramēto. ita tñ q̄ semꝑ sint verba de futuro. vt dictū est. q̄ si essent verba de p̄senti iam nō essent sponsalia sed matrimonium.

¶ In qua etate contrahantur sponsalia. cap. tercium.

Quoniā post septēniū. scz post etatem septē annorum tam pueri q̄z puelle incipiunt habere discretionem. que requiritur i sponsalibus contrahendis. Ideo post septennium possunt contrahi sponsalia. Si vero ante septennium ipsi vel parētes eorū vice ⁊ nomine ipsorum sponsalia contrahant. nihil agunt nisi dum venerint ad septennium incipiāt eis placere. ⁊ tunc valent ita q̄ licet sponsus nō cognoscat eā carnaliter. cōsanguineam tamē eius nō poterit habere in vxorem nec econtra.

Et nota q̃ etas ɔtrahendi matrimoniũ apta i
puella ē.xij.annoꝝ.in puero vero.xiiij. ⁊ si ali
cõtrahat nõ ē matrimoniũ.sed tm̃ spõsalia ni
si fuerint etate nubili vel ita propinq̃ q̃ possĩt
carnaliter cõmisceri.cũ tunc etatem videatur
malicia supplere.

¶ Quis sit effectus sponsaliũ. Ca.iiij.

Sponsalia ɔtrahunt duob⁹ modis .qñq
enĩ ɔtrahunt sub cõditiõe.qñq pure.si cõ
trahant ɔditiõe apposita põt eē multis modis
qm̃ aut ɔditiõe apposita ē possibilis aut ĩpos-
sibilis aut necessaria. Si sit ĩpossibilis.puta si
diceret.ɔtrahã tecũ si digito tetigero celũ. Si
sit necessaria.puta si dicat.ɔtrahã tecum si sol
oriat cras.vel aliqd aliud sic. Iste ɔditiões de
bēt hri p̃ nõ adiectis.i.nõ appositis. Si autē
ɔditio sit possibilis aut ē honesta aut ĩhonesta
si sit honesta puta qz dicit. ɔtrahã tecũ si pater
meus voluerit.vel si dederis mihi cētũ mar-
cas si ɔditio nõ ĩpleat nõ tenet matrimonium
cõsumare donec ɔditio fuerit adipleta. etiã si
in ɔtrahendo spõsalia fuerit appositũ iuramē
tũ. Et istud intellige scz nisi carnalis copula fu
erit subsecuta inter eos. qz tunc dr verũ matri-
monium inter eos esse.qm̃ videt cõditionem
recessisse. Si vero conditio sit inhonesta et sit

contra naturā ꝛ substantiā matrimonij. puta q̄ dicit. cōtrahā tecum si ꝓcures tibi venena sterilitatis. vel si ꝓ pecunia adulterādā te tradas. vel donec inueniā aliā pulchriorē. Ista cōditio viciat ꝯtractū. ita ꝙ nō sunt spōsalia nec matrimoniū. Si vero cōditio sit inhonesta nō tamen ē cōtra naturā matrimonij. puta q̄ dicit. cōtrahā tecū si hoīem interfeceris. vel furtum feceris. ꝛ silia. Ista ꝯditio ꝓ non adiecta debet haberi. ꝛ est abijcienda ꝛ tenēt spōsalia.

¶ Notandū tñ ꝙ licet dictum sit ꝙ sponsalia possunt ꝯtrahi sub cōditione ꝓmisse pecunie. nō tñ pōt ꝓmitti pecunia p modū pene. ꝛ si ꝓmissa fuerit nō tenet pene ꝓmissio nec potest repeti. vt si dicat sic. nisi cōtrahā tecū dabo tibi centū marcas. nō enī valet cōditio pene cū libera debeāt esse cōiugia. ff. de verbo. obli. l. tua: c. de sponsalib9. Velut. Si aūt ꝯtrahātur sponsalia pure. i. sine cōditiōe ꝛ sint ambo apti ad matrimoniū cōtrahendū ꝛ in sponsalibus ꝯtrahens interuenerit iuramētū sūt cōpellēdi p excōicationē cōsūmare matrimonium. nisi forte timeatur de vxoricidio. vel de aliquo alio periculo. sed si alter eorum contraxerit cū alio per verba de presenti iniungetur ei penitētia

de piurio ꝛ fide mentita vel absoluet̃ ab excō/
municatiōe. Si aūt nō interuenerit iuramētū
monendi sūt matrimoniū cōsūmare nō cogen
di. qꝛ inuite nuptie malos cōsueuerūt habere
exitus. xxx. q. ii. c. i. ꝛ ii. Si autē neuter ē i eta-
te nubili. tenent̃ expectare donec veniant ad
annos etatis legitimos ad cōtrahendū matri/
moniū. ꝛ idē dico si vnus est in etate legitima.
ali⁹ nō. qꝛ ille q̄ est in etate legitima debꝫ expe
ctare aliū. vel si se mutuo absoluerint poterūt
iudicio eccl'ie separi.

¶ Quib⁹ casib⁹ soluunt̃ sponsalia. Ca. v

Ex quo sponsalia semel cōtracta sūt semꝑ
ligant. ita ꝙ si cōtrahant̃ sponsalia post-
modū cū alia. ꝛ n̄ sit ꝓcessū ad carnalē copulā
cū illa secūda. cōpellendus ē redire ad primaꝫ
si vero cognouerit carnaliter secūdā cū iā ma
trimoniū dicat̃. dꝫ cū secunda manere. ꝛ nō re/
dire ad primā. Soluunt̃ aūt sponsalia in octo
casibus. Primus ē. si alteꝛ eoꝝ vult transire
ad religionē pōt facere altero inuito etiam si
fuerit matrimoniū ꝑ verba de pñti ꝯtractum
dūmodo nō fuerit ꝑ carnalē copulā ꝯsumatū.
Et ille q̄ remanet in seculo remanet absolut⁹.
ꝛ hoc qn̄ alter fuerit ꝓfessus in religione.
Habetur iste casus extra de ꝯuer. ꝯiuga. c. ex

publico. extra de spon. duorum scz. Iter solitum Secundus casus est quando sponsus non invenit. qui se trans fert ad aliam religionem et tamen prius recepta penitentia de periurio vel fide mentita. aut non servata. si post eum steterit matrimonium quominus fuerit consummatum. Habetur iste casus extra de spon. c. Filiis autem. Tercius casus est. si alter eorum post contracta sponsalia incurrit lepram vel paralisim. aut oculos. manus. pedes. vel nasum amiserit vel quicquid sibi turpius evenerit ponitur iste casus extra de coniugio leprosorum c. Litteras. de iuramento. c. quemadmodum. Quartus casus est. si superveniat affinitas puta si sponsus cognovit consanguineam sponse vel econverso. Et ad hoc probandum sufficit sola fama. habetur iste casus. xxvii. q. iii. quidam desponsavit. extra de consangui. et affini. c. super eo. Quintus casus est. Si mutuo se absolverint. Habetur iste casus extra de spon. c. Preterea. Quidam tamen non recipiunt istum casum. unde dicunt quod ista decretalis allegata non est decretalis. vel quod loquitur de promissione comparatiua. Sextus casus est. si alter eorum fuerit fornicatus. habetur iste casus extra de iureiur. c. quemadmodum. Septimus casus est quando sponsus de

facto cũ alia vel spõsa cũ alio ɔtraxerit p̄ verba de p̄nti. vel p̄ verba de futuro. ⁊ sequit̄ carnalis copula. tũc soluũtur spõsalia ꝓpter maius vinculũ seu pactũ supueniẽs. sed dʒ agere penitẽtiã de piurio vel fide mentita. Ponitur iste casus extra de spon. c. Cõsueuisti. de spon. c. Tua nos. Octauꝰ casus ẽ. qñ minor ad etatẽ legitimã venit ⁊ petit absolui a vinculo spõsaliũ ⁊ dari sibi licentiã nubendi alibi. Habet iste casus extra de spon. impu. c. de illis. ⁊ c. a nobis. ¶ Nota ꝙ oẽs iste casus p̄ter primuʒ qñ. s. alter eoꝝ vult intrare religionẽ. intelligẽdi sunt de sponsalibꝰ de futuro q̄ vere ⁊ ꝓprie dicũtur sponsalia. ¶ Nota etiã ꝙ in duobus casibꝰ p̄dictis ip̄o iure soluũtur spõsalia. s. qñ intrat religionẽ. ⁊ qñ cõtrahit matrimoniũ cũ alio vel cum alia. In ceteris vero casibꝰ soluẽda sunt per iudicium ecclesie.

¶ Seq̄tur secũda pars septimi trãctatꝰ prime partis principalis que est de matrimonio

¶ Quid ẽ matrimoniũ ⁊ vnde dicatur. Ca. i.

POstꝙ̄ tractatũ ẽ de sponsalibꝰ dicẽdum est de matrimonio. Circa qd̄ consideranda sunt octo. Primo quid ẽ matrimoniũ ⁊ vnde dicatur. Secũdo qualiter cõtrahitur matrimoniũ. Tertio qñ ⁊ vbi ⁊ quibus verbis su

it institutū. Quarto que fuit causa institutio-
nis matrimonij. Quinto qui possunt cōtrahe-
re matrimoniū. Sexto quot modis dicit̄ ma-
trimoniū. Septimo quot sūt bōa matrimonij.
Octauo q̄ impediūt matrimoniū. Matrimo-
niū a doctoribus sic diffinitur. Matrimonium
est viri et mulieris legitima cōiunctio. indiui-
duā vite cōsuetudinē retinēs. nō aūt dicit̄ viri
et mulierꝫ nec virorꝫ et mulieris. q2 nec vn9 vir
plures mulieres. nec vna mulier plures viros
habere pōt. Dicit̄ indiuiduā vite. etc. hoc ē q8
neuter absq3 cōsensu alterius pōt cōtinentiam
ꝓfiteri vel orationi vacare. et q2 inter eos dum
viuūt permanet vinculū cō iugale. Aliter diffi
nitur matrimoniū sic. Est viri et mulieris con-
iunctio. vite cōmunis cōsortiū diuini et huma-
ni iuris cōicatio. Dicit̄ aūt matrimoniū a ma-
ter tris et munio is. vn̄ matrimoniū ē quasi ma
tris muniū id est officiū. quia dat mulieribus
esse matres. vel ideo magis denoiatur a ma
tre q̄ a patre. q2 eius officiū magis apparet in
matrimonio q̄ officium viri.

¶ Qualiter cōtrahitur matrimoniū. Ca. ij.

Solo aūt ꝯsensu cōtrahit̄ matrimoniū
q̄ si solus desit cetera etiā ipo coitu cele
brata frustrant̄. ex quo eciā ꝯuerbis de ꝑsenti

vir cõsentit maritali affectu in mulierẽ. et mulier in vir sine verbis cõsuetis. vt si vir dicat accipio te in meã vxorẽ. et ipsa respondeat. accipio te in vir meũ. vel si vir dicat. Volo te de cetero hẽre in vxorẽ. et ipsa rñdeat volo te de cetero habere in vir. vel quibuscũq alijs verbis vel signis exprimatur ɔsensus. statim est matrimoniũ. verũtñ si loqui possunt ɔtrahentes verba sunt necessaria quãtũ ad ecclesiam ɔsensum mutuũ ɔtinentia vel exprimentia

¶ Quando et vbi et quibus verbis fuit institutũ matrimoniũ. Ca. iij.

IN paradiso terrestri fuit matrimoniũ institutũ et ante peccatũ. quibus aũt verbis fuit institutũ. Dicũt aliqui ꝙ illis verbis Genesis. ix. c. Crescite et multiplicamini et replete terrã. Sed illud nõ credo verum. Fuerũt enim illa verba potius bñdictio nubentiũ. Vñ dico ꝙ verbis ade ꝓphetico ore ꝓlatis fuit institutũ. cũ dicit. Nunc os ex ossibus meis et caro de carne mea ꝓpter hoc dimittet hõ patrẽ et matrẽ et adherebit vxori sue. et erunt duo in carne vna. Vide de hoc supra de sacramẽtis i generali cap. i. fol. 6.

¶ Que fuit causa institutionis matrimonij Cap. quartũ.

 Pars 1ª

Due sunt cause principales instonis matrimonij licet sint multe secundarie. prima est principalis cā ē susceptio plis. et propter hanc cām instituit de⁹ matrimoniū i paradiso ante pctm̄ inter prios pentes quib⁹ dixit. Gen.ix. Crescite et multiplicami.&c. Scda cā ē vitatio fornicatiōis. et ista cā hz locū p⁹ pctm̄. et de ista dicit apls.i.ad Cor.vij.c. Propter fornicatione vitandā vn⁹quisqz vxorē habeat et vnaqqz virū suū. Cause secundarie sunt multe.s.pacis reformatio.pulchritudo vxoris.diuitie.et sciētia.ita tamen q principalis intentio eorum q contrahunt non feratur ad ista sed ad duo prima principalia.

¶ Qui possunt cōtrahere matrimoniū. Ca.v.

Omnis hō q pōt ꝯsentire in cōiugalē effectum et carnalem copulam exercere. nisi exp̄sse phibeat pōt ꝯtrahere matrimonium. Dico qui ꝯsentire potest.qz licet puer īfra etatē illegitimā ꝯstitut⁹.hoc ē infra.xiiij.annum. et puella infra.xij.dicant verba apta ad matrimoniū ꝯtrahendū.qz cōsentire nō pñt nullum est matrimonium.extra de spon.c. Tue fraternitati. Silr̄ iter ille qui insanus est vel furiosus licet dicat vba reqsita ad m̄rimoniū ꝯtrahendū nō ꝯtrahit qz ꝯsentire non potest.xxx.q.ij.

Nec furiosus. et hoc ē ver quādiu ē in furia
ↄstitutꝰ. qm̄ si aliqñ habeat lucida interualla
et aliqñ redit ad sanā mētē. nubere pōt et testa
ri. et oia q̄ alij pñt. pōt et ipe facere. vt. ca. de co
dicil. l. nec codicillos. vij. q. i. q̄zuis. Dico etiā
q̄ carnalē copulā pōt exercere. qm̄ ille q̄ caret
virga virili vel vtroqꝫ testiculo. vel q̄ ē natu
raliter frigidus ↄtrahere nō pōt. extra de fri.
et malefi. c. q̄ si. Dico etiā nisi expsse ꝓhibeat
qꝛ edictū de matrimonio ↄtrahendo ē ꝓhibi
toriū. iō ois cui nō ꝓhibet ↄtrahere potest. ex
de spon. c. Cū apud sedē. Prohibent enī aliq̄
ꝓpter votū et etiā ꝓpter ordinē. Et ita i alijs
impedimentis de q̄bus dicet infra. Nota q̄
matrimoniū pōt ↄtrahi inter absentes p pro
curatores sicut factū fuit inter regē vngarie et
dñam albā filiā regis francie.

¶ Quot modis dr̄ matrimoniū. Ca. vi.

Matrimoniū dicit multis modis. nā ali
ud ē legitimū. aliud clādestinū. Matri
moniū legitimū ē qñ ab his q̄ sup feminā ha
bent ptātem vxor petitur a pentibꝰ. spōsatur.
et legibꝰ dotatur. ac a sacerdotibꝰ vt moris est
bñdicitur. et paranimphis custoditur. ac solenni
ter accipitur. nō tamen intelligas q̄ sine istis
solennitatibus nō possit esse verū m̄rimoniuz.

Sed sicut ē in aliis sacramētis ꝙ q̄dā sunt de necessitate sacramēti. q̄dam aūt de solēnitate tm̄. ita in matrimonio q̄dā sūt ptinēcia ad sub stantiā matrimonii. sicut cōsensus p verba de p̄senti expressus. ꝛ iste solus facit matrimoni um. Quedā aūt sūt ad solennitatē ꝛ decorem sicut solennitates p̄dicte. sine quib⁹ est matri monium ver ꝛ legitimū q̄ntū ad v̄tutē quāuis nō q̄ntū ad honestatē. Clādestinū matrimoni um ē q̄ fit sine solennitatib⁹ p̄dictis. ꝛ qui sic cōtrahūt exponūt se magno piculo. posset enī alter alterꝛ dimitti q̄n vellet. ꝛ de fcō cum alio vel alia cōtrahere. ꝛ sic in adulterio manere. vn̄ talib⁹ cōsulendū ē in foro ↄsciē vt de nouo in facie ecclie cōtrahāt. Itē matrimoniorꝫ ali ud ē iniciatū. aliud pfectū siue cōsūmatū p car nalē copulā. iniciatū vero p verba de p̄senti. Notādū tn̄ ꝙ matrimoniū pōt eē pfectū duo bus modis. vno modo sanctitate. alio mō sig natione. Matrimoniuꝫ ergo pōt esse pfectum sanctitate ante carnalē copulā. Vn̄ Aug⁹. ad quandā q̄ sibi ꝛ semel cū marito suo votū emise rat castitatis dicit sic inter cetera. nō q̄ tēpora bilis pariter a cōmixtiōe carnali. iō marit⁹ tuus desiderat esse. imo tanto sanctius cōiuges ma nebatis. quanto sanctiora concorditer placita

seruabatis. Sed matrimoniū nō est ꝑfectum significatiōe ante carnalē copulā. Cōiūctio eni corporis viri ⁊ mulieris signat cōiunctionē diuine nature ⁊ humane in ꝑsona filij dei. Vide de hoc supra de sacramētis in generali. c. i. Et sic soluit̄ ista q̄stio. vtr̄ inter beatissimā virginē mariā ⁊ ioseph fuerit ꝑfectū scitate matrimoniū. dr̄ eni q̄ fuit ꝑfectū scitate sed nō significatiōe. Quidā dicūt matrimoniū iniciatū per Com spōsalia de futuro. ratū ꝑ ꝯsensū de p̄nti ꝯsūmatū ꝑ carnalē copulā. Itē matrimoniū aliud est legitimū ⁊ nō ratū. aliud ratū ⁊ nō legitimum aliud ratū ⁊ legitimū. Matrimoniū legitimū ⁊ nō ratū ē inter infideles. ⁊ dr̄ legitimū q̄ legali institutiōe ⁊ ꝓuincie moribꝰ nō ꝯtra iussionē dn̄i ꝯtrahit̄ sed nō est ratū q̄ sine fide fit. vnde Augꝰ. nō ē ratū ꝯiugiū qd̄ sine deo est. Matrimoniū ratū ⁊ nō legitimū est qd̄ fit inter fideles ꝑsonas. sed sine debita solennitate ꝯtrahitur. Matrimoniū ratū ⁊ legitimū ē qd̄ inter legitimas ⁊ fideles ꝑsonas cū debita solennitate est contractum.

¶ Quot sunt bona matrimonij. Ca. vij.

Bona matrimonij principaliter sunt tria s. fides. ꝓles ⁊ sacramentū. Fides attenditur ne post vinculū cōiugale cū alio vel alia

coeatur. secūdū in ꝓle vt amet suscipiat̃ ꝛ religiose educat̃. terciū in sacramēto. vt cōiugiuꝫ nō sepetur. Et nota ꝙ duo prima bona quādo ꝗ sunt in matrimonio. quādoꝗꝫ nō. terciū vero insepabiliter adheret matrimonio.

¶ Quod in se continet. xvi. c. est de impedimentis matrimonij. Ca. octauū.

IMpedimenta matrimonij sunt duodeci. que impediūt matrimoniū ꝯtrahendum ꝛ dirimunt iam cōtractum. Si eni ipa vel aliquid ipsorum precedant matrimoniū cōsensum coniugalem excludunt. Si vero sequant̃ matrimoniū nullū prestant inpedimētū. sicut patꝫ p istis exēpla. Furiosus nō pōt cōtrahere matrimoniū. si tn̄ postꝙ̄ cōtraxerit efficiatur furiosus. nō ꝓpter hoc soluitur matrimonium. Itē q̄ hꝫ vtrūꝗꝫ testiculū sectū. l. euulsū nō pt̄ contrahere matrimoniū. si vero postꝙ̄ ꝯtraxerit scinderetur nō ꝓpter hoc soluitur matrimoniū. Et ita intelligendū ē de alijs impedimentis matrimonij q̄ in his versibꝫ continentur

Error. cōditio. votū. cognatio. crimē. Cultus. disparitas. vis ordo. ligamen honestas. Si sis affinis si nubia fa cta retractāt. Hec facienda vetant connubia facta retractant.

Preter autē ista duodecim impedimēta que impediunt matrimoniū cōtrahendū ꝛ dirimūt iam ꝯtractum. Sunt alia que impediūt ꝯtrahendū sed nō dirimūt ꝯtractū. s. tēpus feriaꝝ ꝛ interdictū ecclesie. v̄. Ecclesie vetitū necnō tēpus feriaꝝ. Ista vetant fieri. ꝑmittūt facta teneri. Que qualiter intelligi debeant dicēdū est de vno quoqꝫ eoꝝ.

¶ De impedimento erroris. Ca. i.

Numeratis omnibꝰ impedimentis erroris. dicēdū est de quolibet ipoꝝ. Et pͥo de impedimento erroris persone. que ex sui natura nō ex institutiōe ecclesie matrimonialem ꝯsensum excludit. quoniam ꝗ errat nō ꝯsentit vt. ff. de iur. om. iudi. li. vi. Per errorē ꝛ errantiū voluntas nulla est. vt. C. de iur. ꝛ fac. igno. l. cū ꝑ testamentū. ꝛ. l. nō idcirco. vn̄ si vir vel mulier erret in matrimonio ꝯtrahendo. nullꝰ ē ꝯsensus qui solus facit matrimoniū. Nota tn̄ ꝙ triplex potest esse error circa ꝑsonam. vnus ipsius ꝑsone. vt si de petro credaṫ ꝙ sit guillermus. erraṫ circa personam. alius est error fortune. vt si de pauꝑe credaṫ ꝙ sit diues. Tercꝰ ē error qualitatis. vt si de ignobili credatur ꝙ sit nobilis. vel de corrupta ꝙ sit virgo. nō error persone impedit matrimoniū. vt si credēs

contrahere cum petro ↄtrahit cum guillermo vel credens ↄtrahere cum martha. ↄtrahit cū maria. nullū est matrimoniū. Error aūt qualitatis ꝛ fortune nō impedit matrimoniū. Verbi gratia. Aliqͥs ↄtrahit cū aliqua credēs eā esse virginē vel filiā regis et tn̄ ipsa ē corrupta vel filia rustici. tenet matrimoniū. vel credit contrahere cum diuite ꝛ cōtrahit cū paupere. tenet matrimoniū. xxix. q. i. his ita.

¶ De impedimento ↄditionis. Ca. ij.

Impedimentū ↄditionis introductum est ab ecclesia in fauorē libertatis. Et de hoc breuit̄ est tenendū. ꝙ si libera ↄtrahat cū seruo scienter. vel liber cū ancilla. tenet matrimoniū inter eos. Si ỽo libera ↄtrahat cū seruo ignoranter. qꝛ credit ipsum esse liberū. vel liber cū ancilla. qꝛ credit eā esse liberā. nullū est matrimoniū inter eos. si hoc ignoranter egerint. nisi postq̄ȝ alter nouerit ↄditionē alterius esse talē ↄsentiat in eum vel eā verbo vel facto. vel copula carnali. ¶. Nota tamē ꝙ error deterioris ↄditionis interemit matrimoniū ↄtrahendū ꝛ dirimit iam ↄtractū. nō aūt error paris vel melioris. vt si seruus ↄtrahat cū serua. quā credit esse liberā. vel cū libera quā credit esse seruā. qꝛ non decipitur nec habet quod obijciatur ei

De conditionibus appositis i matrimonio. vide supra de spon. c. iiii. qr idē est iudiciū hic r ibi.

¶ De impedimento voti Ca. iii.

Circa impedimētū voti nota ꝙ intelligit de voto ↄtinentie siue de voto castitatis. Circa qḋ notandū ꝙ duplex est votū ↄtinētie Nam quoddā est simplex. aliud solēne. Votū simplex impedit matrimoniū cōtrahendū. sed nō dirimit iam ↄtractū. Quid autē votum simplex sit solēne. licet olim altercatio fuerit inter doctores. tn̄ hodie est declaratū p dn̄m bonifacium. viii. extra de voto r voti redem. c. vnico li. vi. Ubi dicit. ꝙ votū solēnisat quātū ad dirimendū matrimoniū duobus modis. Uno mō p susceptiōnē sacri ordinis. scz. subdyaconatus dyaconatus r p̄sbyteratus. Alio mō p ↄfessionem expressum vel tacitā factā alicui de religionib[9] approbatis. Promoti ergo ad sacros ordines r religiosi nō possunt ↄtrahere matrimoniū. ¶ Nota penalē institutionē in ↄstitutionibus dn̄i clementis pape cōtra religiosos ↄtrahentes matrimoniū de facto. s. ꝙ sunt excōmunicati r irregulares. nec potest cū eis nisi p sedem apostolicā dispensari

¶ De impedimento cognatōis carnalis. Capitulum. iiii.

Pars.

COgnatio est triplex. quedā est carnalis quedā spūalis. et quedā legalis. Primo videndū est de cognatōne carnali. q̄ naturalit̄ alias precedit. et ista vocat consanguinitas. Videndum est ergo quid est consanguinitas. et vnde dicat. Quid est linea consanguinitat. Quot sint linee. quot sint gradus. et quomodo computant. et vsq; ad quem gradum matrimonium phibeat. ¶ Cōsanguinitas est vinculū psonar ab eodez stipite descendentiū carnali propagine ɔtractum. Stipitem dico illam psonā a qua aliq̄ duxerūt originem. sicut Adā fuit stipes cayn et enoch et eor qui descēderūt ab eis. Dicitur cōsanguinitas a con quod est simul et sanguis quasi cōem sanguinē habētes vel pe vno sanguine procedētes. ¶ Linea est ordinata collectio psonar cōsanguinitate coniunctar ab eodem stipite descendentiū. diuersos gradus continens. Linee sunt tres. scilicz ascendentiū. descendentiū. et transuersaliū Prima. s. ascendentiū est illor a quibus traximus originem. sicut Pater. mater. auus. aua proauus. pauia. abauus abaua. Secūda scilicz descendentiū est illor qui duxerūt originem a nobis. sicut filius filia. nepos neptis. pnepos pneptis. abnepos abneptis.

Consanguinitas

¶ Tercia est transuersalis siue colateralium. et ista est a quibus nõ duximus originẽ. nec ipsi a nobis. vt frater. soror filij duorum fratrum (qui dicũt patrueles. filij duarum sororum (qui dicunt consobrini. et eorum filij et nepotes vsque ad quartũ gradũ. nominantur ista. xxxv. q. v. c. primo gradu. ¶ Et nota quod due linee descendentes faciũt vnam lineã transuersalẽ. vt patet in hoc exemplo. filij duorum fratrum attinent sibi linea trãsuersali. vt quilibet ipsorũ in recta linea descendit ab auo eorum cõi. qui fuit stipes cõis a quo traxerũt originem. et sic de omnibus alijs est intelligendum. ¶ Nunc ergo dicendũ quid sit gradus: Pro quo sciendũ quod aliter computant gradus canoniste et aliter legiste. Nã scdm canonistas due psone in linea trãsuersali faciũt vnũ gradum. sed scdm legistas quelibet psona facit vnũ gradum. vtputa. duo fratres sunt i vno gradu primo (scdm canonistas) qui scdm legistas sunt i duobus. et sic de singulis. Sed qr istud parum aut nihil facit ad ppositũ. ideo dimittat. et videamus quid sit gradus. ¶ Gradus est habitudo distanciũ psonarum qua cognoscitur quota generatõnis distantia due psone inter se differunt. Gradus itaque in linea ascendẽti sic computantur Pater et mater sunt in primo gradu

Auus aua. sunt in secundo. Proauus proaua sunt in tercio. Abau⁹ abaua in quarto gradu. ¶ In descendenti autē sic cōputant. Filius ꝛ filia sunt in pⁱmo gradu. Nepos neptis sunt in secūdo. Pronepos ꝛ ꝓneptis sūt in tercio. Abnepos abneptis in quarto. ¶ In transuersali vo linea cōputant sic. Duo fratres sunt in pⁱmo gradu. Filij duoꝝ fratꝝ i secūdo. Nepotes eorūdem scꝫ duoꝝ fratꝝ in tercio. Pronepotes eorundē in q̄rto. Ultra quē gradū nulla cōputatur hodie ꝯsanguinitas vel ꝓtenditur q̄ntū ad matrimoniū impediendū. lꝫ antiq̄tus ꝓtenderetur vsqꝫ ad septimū gradum. ꝛc. ¶ Uidenduꝫ est igiᵗ scōm istā doctrinā q̄liter ꝯsanguinitas cōputanda est inter aliquos. cū eni vis scire de aliq̄bus. puta de bartholomeo ꝛ bertha. quoto gradu ꝯsanguinitatis attinēt accipe aliquē cōem stipitē a quo ambo traxerunt originē. (Ubi grā) Petrus generauit iacobū et iohānē (q̄ fuerūt fratres) ecce primus gradus. vel si nō potes scire quis sit pater eoꝝ dices. Jacobus ꝛ iohānes sunt fratres. qui (vt dictū est) faciūt primū gradū. et hoc ideo quia fratres sunt semꝑ ponēdi in primo gradu sicut frater ꝛ soror ꝛ due sorores. ¶ Procede ergo i

nota

computatōne. Jacobus et iohānes fuerūt fra/
tres. qui (vt dictum est) faciūt primū gradum.
Jacobus generauit andreā. ecce secūdus gra
dus. Andreas generauit philippū. ecce terci9
gradus. Philippus generauit bartholomeū
ecce quart9 grad9. de quo nūc agit. ¶ Modo
reuertet ad iohānē q fuit frat iacobi. et pcede
sic. Jacob9 et iohānes (vt dictū est) fuerūt frēs
Johānes genuit thomā. ecce secūdus grad9.
Thomas genuit berthā (d qua nūc agit) ecce
tercius grad9. vides ergo quō bartholome9 et
bertha sibi attinent ex vna pte in tercio gradu
et ex alia in quarto. et hoc loquēdo vsualiter. q:
scdm veritatē nō attinēt sibi nisi in qrto gradu
et sic non pōt esse matrimoniū inter eos. Illud
idem faciendū est de illis q magis vel minus
vicini sunt in consanguinitate. dicēdo tales et ta/
les attinent sibi in tali gradu. Et q ita nume=
randi sunt gradus et numerāde psone colligit
expresse ex illis duabus decretalibus extra de
consang. et affi. c. tua nos. et extra de testibus. ca.
licet quidē. ¶ Sed pone q due psone attinēt
sibi ex vna pte in secūdo vel in tercio gradu. et
ex altera in quinto. nūquid poterūt cōtrahere
matrimoniū inter se. Dico q sic. q: sp standum
est remotiori psone in consang. et affini. extra de

Pars. 1

ꝯsang. ⁊ affi. c. inter. In hoc enī casu remotior
ꝑsona existit extremitas ꝯsanguinitatꝭ. vñ nō
attinent sibi exquo ꝯsanguinitas est inter eos
extra gradus ꝯsanguinitatis inclusiue. q: sicut
antiquitus omnis cōsanguinitas terminabatꝰ in
septimo gradu. ita hodie in quarto terminatꝰ.
¶ Ex predictis patz ꝙ oīs ꝯsanguinitas im-
pedit ⁊ dirimit matrimoniū vsqꝫ ad quartum
gradū ꝯsanguinitatis inclusiue ⁊ nō vltra. Et
intellige in trāsuersali linea nō aūt ī ascendētī
q: in illis in infinitū ꝯsanguinitatꝭ extenditur
inclusiue. sed in trāsuersali vsqꝫ ad quartū gra
dū ꝓtenditꝰ ꝯsanguinitas ⁊ nō vltra. q̄si dicat.
ꝙ quintus gradus aperit portā ad mr̄imoniū

¶ De cognatione spirituali.
Capitulum. v.

Viso de cognatiōe carnali. videndū ē de
cognatōne spūali. Vñ dicendū est qd sit
cognatio spūalis. ⁊ quot sunt eius spēs. ⁊ quō
impedit matrimoniuz. ⁊ in q̄bus sacramentis
ꝯtrahitꝰ. Cognatio spūalis est ꝓpinq̄tas ꝓue
niens ex sacramētī datōne vel susceptōe (ꝟbi
gratia) Sacerdos baptisat puez. tu suscipias
eum. vterqꝫ vestꝝ est pater spiritualis pueri. ⁊
estis compatres. ꝑut legitꝰ. iij. q. i. omnis.

¶ Species cognationis spiritualis sunt tres Prima dicit cōpaternitas. Scd'a dicit paternitas (et ista attendit inter illū q̄ suscipit et eum q̄ suscipit. i. inter patrinū et puerū. Tercia dicit fraternitas. et ista attēdit inter filiū tuū spūalē. et filios tuos carnales ¶ Cōpaternitas dicit a con. qd' est simul. et paternitas. q̄si simul et cōis paternitas (nam vnus cōpater sp est spūalis. et ali9 carnalis ¶ Restat ergo videre qd iuris de matrimonio taliū. Et primo de cōpaternitate. Notandū ergo q̄ duplex ē cōpaternitas. q: quedā est directa. s. illa quā ego ꝯtraho per meipsum. et illa impedit matrimoniū (vt si ego suscipio filiū berthe mulieris. vel ipsa meum. nunq̄ȝ potero eam habere i vxorē. et si accipio eam. sepandū est matrimoniū. Ita dicit extra de cogna. spi. c. veniens. ¶ Alia d: cōpaternitas indirecta siue emergens. s. illa quā vn9 cōiugū (postq̄ sunt vna caro effecti) cōtrahit per actū alterius. q: illa quā ꝯtraho p actū vxoris mee postq̄ȝ est a me carnaliter cognita. sicut si vxor mea suscipit filiū aliquorū ambo parētes pueri sunt ꝯpatres mei. q̄uis ego nō suscipiā eum. quia cōicant sibi ꝯiuges adinuicē actiōes Et de hoc ponitur euidētissimū exēplū in q̄dā decretali de cogna. spi. c. martinus. Ubi dicit.

Martinus duxit berthā. ꝛ leonardus brigidaz post matrimoniuz leonardus leuauit de sacro fonte filiū martini ꝛ berthe. demū mortui sunt leonardus ꝛ bertha. remāserūt martinꝰ ꝛ brigida(cui maritus suus leonardus acqsierat cō paternitatē ꝑ filiū martini. querit vtꝛ prefatꝰ martinꝰ posset ꝯtrahere matrimoniū cū p̄fata brigida. Et dn̄s papa rn̄dit ꝙ nullo mō. Et sic patet ꝙ ꝯpaternitas tam directa q̄z indirecta impedit matrimoniū ꝯtrahēdū. ꝛ dirimit iam ꝯtractū. ¶ Modo videndū est de paternitate spūali(que attēdit inter suscipientē ꝛ susceptū i. inter patrinū vel matrinā. filiolū vel filiolam Et dicendū est ꝙ nunq̄z pōt esse matrimoniuz inter tales. ꝛ si de facto ꝯtraxerint sūt separandi xxx. q. i. de eo qđ interrogasti. xxxiii. q. ii. si q̄s cū matre spūali. ¶ Ultimo vidēdū est de fraternitate spūali. q̄ attendit inter filiolū ꝛ filiolā. ꝛ filiū vel filiā patrini matrine carnales. Et licz doctores ātiq̄ varia dixerūt circa istā materiā tn̄ firmiter ꝛ sine vlla dubitatione tenendū est. ꝙ oēs filij duoꝝ ꝯpatꝝ siue ante cōpaternitatē siue post geniti. possunt legitime matrimonialiter copulari. excepta illa ꝑsona mediāte qua ꝯuentū est ad cōpaternitatē. q: ille nunq̄z pōt matrimonialiter copulari alicui filioꝝ sui ꝯpris

spūalis.iij.q.iij.sup quibus.extra.de cog.spū.
c.i.ꝛ.c.laudabilem ꝛ c.tua nos.¶ Itē notādū
ꝙ compater pōt licite accipe in vxorem filiam
cōpatris sui.nisi sit illa mediante qua ꝯpatres
effecti sūt.xxx.q.iij.illud. Solet etiā queri vtꝝ
aliquis posset habere duas cōmatres in vxores
scꝫ vnam post aliam.¶ Ad quod dicendūꝫ ꝙ
refert vtꝝ ꝯmaternitas precedat matrimoniū
vel sequatur.si p̄cedat licite pōt habere duas
cōmatres in vxores.(Uerbi gratia.) Maria ꝛ
martha sunt cōmatres.postea martinus con/
trahit cum maria.ꝛ cognoscit eam. ꝛ ea mor=
tua potest contrahere cū martha Et causa est
qꝛ per vnionem carnis sequentē non transitur
ad vnionē spūs precedētē.xxx.q.ij.post obitū.
Si autem cōmaternitas sequat̃ matrimoniuꝫ
(supple per carnalem copulam consūmatum)
Tūc distingue.qꝛ si vxor tua suscepit filiū alte
rius,tunc illa cuius filius suscipitur efficit̃ cō=
mater tua per factum vxoris tue.et sic mortua
vxore tua.nō poteris eam habere in vxorem.
Et eandem compaternitateꝫ intelligas acq̄ri
vxori ꝑ virum ¶ Si vero filiū vxoris tue quē
de alio viro genuit aliq̄ mulier) de sacro fonte
leuauerit.vel ad ꝯfirmationem tenuerit coraꝫ
episcopo.illa mulier est cōmater vxoris tue et

Pars. 1a

non tua. quia non fuit ibi cōmaternitas acqui sita. Unde mortua vxore tua. poteris eam habere in vxorem ¶ Idem est si filius tuus quē d aliqua muliere genuisti suscipiat ab aliquo quia nō est acquisita compaternitas vxori tue Et in hoc casu sicut in alio) potest aliquis habere duas cōmatres in vxores. ꝛ aliqua duos compatres i maritos. Et istud pōt haberi per hos ꝟsus.

Qui mihi vel cuius mea natū fonte leuauit.
Hec mea cōmater. fieri mea nō valet vxor.
Si qua mee natū nō ex me fonte leuauit.
Hanc post facta mee. nō inde vetabor habere
Cōpater eius nati cōiungi nō ꝓhibentur
Ambas cōmatres facit actio passio nunqꝫ.

¶ Notandū etiā ꝙ laicus nō potest ꝯtrahere matrimoniū cum ista quā baptisauit. Et si de facto contraxerit matrimoniū est dissoluendū extra de cognatōne spirituali. lib. vi. c. ne dum ¶ Item nota ꝙ filius sacerdotis vel alterius viri qui baptisauit puellam nō potest contrahere cum illa puellā. vt. c. preallegato. ne dum ¶ Notanduz insuper ꝙ solum ꝑ sacramentū baptismi ꝛ confirmatōnis contrahit cognatio spūalis. que impedit matrimoniū contrahendum ꝛ dirimit iam contractum.

Per cathecismū aūt(licz ꝯtrahatur cognatio talis q̄ īpediat matrimoniū ꝯtrahenduz.nō tñ ꝯtrahit̄ que dirimat iam ꝯtractū. extra d̄ cog. spi.p cathecismū.li.vi.

¶ De cognatione legali Ca.vi.

Q Uia cognatio legalis (que adoptio dicit̄ vix aut nūq̄z habet in vsu.et paꝝ tractat̄ de ea in iure canonico. Ideo de hac supsedeo quo ad nunc.

¶ De impedimento criminis. Ca.vij.

C Riminū quedā impediunt matrimoniū ꝯtrahendū sed nō dirimunt iam ꝯtractū sicut sunt incestus. vxoricidium. raptus aliene vxoris. solennis penitentia. ꝛ si q̄s insidiando matrimonio ꝓpriū filium de fonte suscepit vt posset priuare vxorem. vel vxor vir debito carnali et copia sui. Itē homicidiū presbyteri. oīa ista crimina (ꝛ forte multa alia) impediunt matrimoniū ꝯtrahendū. sed nō dirimunt iam contractū. immo si sint adolescētes ꝛ timeatur de eoꝝ incōtinentia. ecclesia debet eis dare licentiam nubendi. extra de eo q̄ cog. vxo. ex litter.

¶ Sunt autē tria crimina q̄ nō solū dirimunt matrimoniū ꝯtrahendum. immo dirimūt iam ꝯtractū. Primū q̄n aliq̄s adulterat cū aliqua ꝯiugata. ꝛ ipse vel ipsa machinat̄ cū effectu in

mortez mariti ipsius adultere. vel mulier. cum qua vir fuerit adulteratus) machinat i mortē vxoris viri adulteri. vel ipse adulter vt simul ꝯtrahāt. In hoc casu ꝯtrahere nō debent. et si ꝯtraxerint sunt sepandi. xxxiij. q. si qs viuente extra de eo q̄ duxit in matri. quā pol. ꝑ adulte riū. c. sup eo. ⁊ ca. i. ⁊. ij. ¶ Secundū est si adul ter p̄stet fidez adultere ꝙ ducet eā post mortē legitimi ei⁹ mariti. vel adultera adultero post mortem vxoris viri adulteri. xxxi. q. i. relatum ⁊ in omnibus p̄dictis capitulis ¶ Tercium ē qn̄ nō prestat fidem de eam duccendo. sed prin cipaliter eaz ducit. ⁊ cum ea cōtrahit. q2 (vt ait celestinus papa) plus est ducere q̄z fidez dare de ducendo. extra de eo q̄ ducit in matri. quaz pol. ꝑ adulte. c. cum habere. ⁊ c. ex litteraꝝ. Et istum casum intellige qn̄ primū matrimoniuz est veꝝ ⁊ legitimū. qm̄ si nō fuerit veꝝ sed pu tabat esse veꝝ nullum prestat impedimentum scdo matrimonio. Si vo null⁹ casuū p̄dictoꝝ interuenerit bn̄ pōt qs ꝯtrahere cum illa quaz polluit ꝑ adulterium ¶ Nota etiā ꝙ si mulier que ꝯtrahit cum ꝯiugato scit esse cōiugatum. nunq̄z pōt habere eam etiā post mortē vxoris si autē ignoraret eum esse ꝯiugatum. imo cre deret eū esse solutuz. nō obstante eo ꝙ ꝯtrahit

cum eo. viuente vxore legitima. poterit cõtra-
here cum eo post mortem vxoris legitime. ex.
de eo q̄ dux. in matri. quā pol. p adulterium. c.
ꝑposuisti. ⁊ c. veniens. cx de spon. cum aplica

De impedimento disparitatis cultus Capitulum. viij.

Ad hoc vt matrimoniū sit ratum ⁊ legiti-
mū. oportet q̄ vterq̄ coniugū sit fidelis.
Fidelis enim nõ potest ꝯtrahere mr̄imonium
cum iudea. sarracena. gentili. vel pagana. et si
ꝯtraxerit de facto nõ est matrimoniū. Sponsa-
lia tñ potest fidelis cum infideli cõtrahere sub
ista forma vel conditione q̄ infidelis cõuertat
ad fidē. xxxvij. q. ij. c. christiane. Infidelis autē
potest cum infideli ꝯtrahere. dū tñ sint eiusdē
ritus. scz iudeus cum iudea ⁊ sarracenus cum
sarracena. ¶ Sed pone alter ꝯuertit ad fidē.
alter remanet in infidelitate quid fiet de istis?
dico q̄ si infidelis nõ vult cohabitare cū fideli
vel si vult habitare nõ tñ vult sine contumelia
creatoris. vel sine hoc q̄ trahat eum ad infide-
litatem. vel ad peccatū mortale. In tribus ca-
sibus ꝯtumelia creatoris soluit ius mr̄imonij
quātū ad fidelem. ⁊ pōt fidelis licite ꝯtrahere
extra de diuor. c. quātomagis. ⁊ c. gaudemus
Hec est differentia quātum ad hoc. vtrū con-

Pars 1

uersus fuerit iudeus vel paganus. qꝛ idē iuris
est hodie i vtrisqꝫ. ex̄ de ꝯuer. infi. interrogasti
Si autem infidelis vult cohabitare cum fideli
absqꝫ aliquo predictoꝝ casuū. ꝛ fidelis vult co
habitare secum bene facit. vt dicit Apostolus
i. ad corinth. vij. Si vō nō vult ꝯtrahere secū.
nō est compellendus contrahere. tamē illo vel
illa viuente nō poterit contrahere cū alio vel
alia. cum adhuc duret matrimoniū. vt tenet in
preallegato decreto. interrogasti ¶ Sed quid
vnus iudeus vel paganus ꝯtrahit cum ꝯsan-
guinea sua scd̄m ritum suuꝫ. postea conuertit
ad fide m. nūquid post ꝯuersionem remanebit
tale mr̄imoniū. Dico ꝙ sic. dūmodo non con-
traxerūt in gradibus a lege diuina prohibitis.
qui ponunt Leuitici. xviij.) Quia infideles nō
arcent canonicis institucionibus. ꝛ per sacruꝫ
baptisma nō soluunt coniugia. sed crimina di
mittunt. ¶ Item vnus paganus plures hñs
vxores. conuertit ad fidem. nunquid retinebit
omnes vxores vel solum vnam. Dico ꝙ soluꝫ
retinebit istam que primo fuit vxor eius. quia
nulla aliaꝝ fuit vere eius vxor. Si autē alter
coniugū labat in heresim. vel infidelitatē. iste
qui manet in fide nō potest contrahere sed te-
(net continere. quia licꝫ in isto casu

magis appareat ꝯtumelia creatoris q̄z i principio matrimonij.tn̄ fidelium ratum ē.ꝛ nullo casu superueniente pōt dissolui.qꝛ quos deus cō iunxit homo nō separet. Matrimoniuꝫ autem infideliū nō est ratum.iō pōt legitime dissolui (si alter ꝯiugum ꝯuertat ad fidem) extra de diuortijs.c.quā tomagis.circa finē.ꝛ prealle gat supius.

¶ De impedimento violentie. Ca.ix.

Violētia de sui natura etiā sine ꝯstitutōe ecclesie impedit matrimoniuꝫ.qꝛ excludit cōsensum liberꝝ qui solus facit matrioniuꝫ nam vbi metus vel coactō interuenit non pōt ꝯsensus locum habere. extra de sponsa.c.cum locum.xxxij.q.ij.sufficit ¶ Et quia magna est differentia inter vim ꝛ metum. ideo videnduꝫ est.qd sit vis vel coactio.ꝛ quid metus.et que violentia excusat.ꝛ quis metus. Uis siue coactio vel violentia (que ꝓ eodem accipio.) est maioris rei impetus q̄ repelli non pōt.ff.quod metus cā.l.i. Metus est instātis vel futuri periculi mentis trepidatio.vt dꝛ in eodem lib.i. Uis coactio vel violentia (que ꝓ eodē accipio. alia leuis alia violenta. Leuis nō excludit cōsensum matrimonialē. sed violēta excludit eū arg.l.dist.presbyteros.extra de spon.veniēs.

Violenta coactio ē cum aliqs capit̄ inuit⁹ tra-
hitur ducit̄ vel ligat. Itē metus ali⁹ cadit in
cōstātē virū. alius nō. Ille q̄ cadit in cōstantez
virū excusat ꝛ excludit cōsensū mr̄imonialem
ff. q̄ metus cā. l. metus. extra eo ti. cap̄. l. ꝛ. iii.
Relatum extra de spon. ca. ii. Metus cadens
cadens in cōstātem virū ē sicut metus mortis
cruciatus corp̄is seruit⁹ ꝛ stupri. V. Excusare
met⁹ hos posse putaq̄ nostis. Stupri siue sta
tus verberis atq̄ necis. ¶ Notādū q̄ vnus
metus posset cadere in vna p̄sona q̄ nō cade-
ret in alia. sicut talis metus caderet in me qui
nō caderet in rege. q: nō est verisimile hoīes
clare dignitatis ꝓpter metū in vrbe timuisse.
vel q̄ ex metu parui militis timeat. ff. q̄ met⁹
cā. l. nō est verisimile. Uerumtn̄ si per aptissi-
mas ꝓbatiōes constaret de metu repellit̄ pre
sumptio que cōtra eū ē. vt dr̄ ibidē. ꝛ sic iudex
secūdū statū ꝛ diuersitatē personaꝝ ꝛ tēporuz
ꝛ locoꝝ iudicabit qualis sit metus vel violen-
tia. ꝛ scd̄m hoc iudicabit ꝓ matrimonio vl̄ cō
tra. ¶ Notandū tn̄ q̄ qualiscunq̄ sit met⁹ vel
violentia si mulier q̄ allegat metū vel violētiā
steterit p̄ annū ꝛ dimidiū cū viro vl̄ si consen-
serit in carnalē copulā nō debꝫ postea audiri si
alleget metū vl̄ violētiā. ex. d̄ spō. ad audiētiā

τ de his qui ma.ac.po.c. Insup abiecisti τ de eo qui ducit in matri. quã pol. p adul. c. consi- gnificamus.

¶ De impedimento ordinis. Ca.x.

ORdinũ vt dictũ ẽ supra. quidã sunt mino res sicut ostiariat⁹. lectorat⁹. exorcistat⁹ τ accolitat⁹. τ isti nõ impediũt matrimoniũ cõ trahendũ. nec dirimũt iam cõtractũ. Alij sunt maiores. s. subdiaconat⁹. diaconat⁹. τ p̄sbyte- ratus. τ isti ĩpediũt matrimoniũ ꝯtrahendum τ dirimũt iã cõtractũ. q: istis ordinib⁹ votũ so lenne pnie est annexũ. extra de voto τ voti re- demptiõe. c. ꝙ votũ. li. vi.

¶ De impedimẽto ligaminis. Ca.xi

IMpedimentũ ligaminis est istud scz cuz quis ẽ ligat⁹ alteri vxori qđ adeo semper fuit validũ ꝙ anteꝙ aliqua cõstitutio eccl'esu per hoc emanaret nũꝙ alligatus vxori potuit aliã recipe. nec vnq̃z hoc licuit absq̧ spãli dis- pensatiõe dei q̃ fuit institutor matrimonij. sicut dispensauit de⁹ cũ abrahã iacob τ alijs p̄triar- chis. Sz qm̃ aliq̃s põt eẽ ligat⁹ vni p sponsa- lia tm̃. τ alteri p matrimoniũ. ideo videndũ est qđ sit iuris in vtroq̧. ¶ Pro quo notandũ est ꝙ si quis cõtraxerit matrimoniũ vel sponsalia cũ aliq̃ per verba de futuro nõ dz ꝯtrahere cũ

alia. nec alia cū alio. sed debet dimittere scdāz et redire ad primā. sed si contraxerit cum alia vel alia cum alio sponsalia per verba de presenti. vel p verba de futuro. et secuta fuerit copula carnalis. tamē matrimoniuz debet stare cū secunda. vel secundo etiam si sponsalia contracta cum prima fuerint iuramento vallata. sed debet agere penitentiam de periurio et fide mentita. extra de spon. du. c. i. et de spon. sicut ex litteris. Si aūt ē alligatus alteri vxori matrimonialiter et nō secuta sit inter eos carnalis copula potest alter altero inuito religionem intrare. Et qui manet in seculo potest cū alia vł alio contrahere. extra d̄ conuer. coniu. ex publico de diuor. verū tn̄ post cō. et d̄ despō. du. lz p̄ter solitū. Si aūt fuerit īter eos secuta carnalis copula nūq̄z q̄diu vixerit pn̄t se inuicem dimittere nisi cā fornicationis. et tunc si se dimiserint aut recōsilient aut remaneāt innupti. qz scd̄m verbū saluatoris. Math. v. Si alteri nupserint. mechant. Sed pone q̄ vxor credit maritū suū esse mortuum et ɔtrahit cū alio postea ille reuertitur quid fiet. Dico q̄ q̄zdiu ita credit. nec q̄ ip̄e reuertitur ip̄a excusatur ab adulterio et fornicatione propter ignorantiam facti. et filij si quos susceperit ex secundo

iudicant legitimi. sed stati ꝙ prim⁹ revertit dz recedere a scđo ⁊ redire ad primū. qđ si nō fecerit adultera iudicat. xxxiij. q. ij. Cū p bellica. c. si virgo. ¶ Sed qđ si vir nō revertitur. vxor tñ credit eū vivere quid faciet. nō exiget debitū a marito quē accepit. reddat tñ exigēti. istđ cōsiliū sibi dat extra de se. nup. dñs ac redemptor. Itē pone ꝙ vir ierit ad sarracenos in exercitū vel in regionē longinquā nō revertitur. nescit vxor vtꝝ sit mortu⁹ vel vivus. qđ faciet ipa. Dico ꝙ quātūcūqꝫ sit iuvēcula ꝯtrahere nō pōt donec sit certificata de morte mariti. extra de spon. c. in pñtia. sed qualiter certificabit Dico ꝙ p iuramentū illius sub quo militavit. vel etiā socioꝝ qui eius mortē noverūt. ⁊ secūdū leges adhuc dz expectare p annū post iuramentū anteꝙ nubat. Secūdū vero canones statim post iuramētū prestitū pōt ꝯtrahere. extra de se. nup. c. sup specula. Et ad hoc facit illud apo. i. ad Cor. vij. s. mortuo viro nubet mulier cui vult in dño. Et hiero. etiā octavas nuptias nō ꝯdēnat imo approbat. xxxij. q. i. aperiant.

¶ De impedimento publice honestatis iusticie. cap. xij.

pars .1ª

PUblice honestatis iusticia ē impedimē-
tū ab eccl'ia introductū ꝓpter eiꝰ hone-
statē. cuiꝰ due spēs antiquitꝰ erāt. nūc aūt est
vna tm̄ q̄ ꝯtrahit ex desponsatiōe. puta si quis
despōsauerit puellā septē annoꝝ. licet eā non
cognoscat. nullꝰ tn̄ de ꝯsanguinitate eius viri
poterit eā hr̄e in vxorē. nec ip̄e aliam de ꝯsan
guinitate mulieris. extra de spon. c. Juuenis.
iō dixi. vij. annoꝝ. q2 si ante septēniū sponsalia
pura ⁊ recta. i. sine ꝯditiōe ꝯtrahant nullū pre
stant ip̄edimētū. nec sūt alicuius momēti. nisi
post septēniū approbauerint sp̄a. extra ð spō.
impu. c. accessit. litteras ⁊c. ¶ Nota etiam q̄
declaratū ē hodie de iure nouo. q̄ licet spons a
lia sint nulla rōne ꝯsanguinitatis. affinitat; fra
ternitatis. aut religionis. aut frigiditatis. aut
q̄cunq3 alia cā dūmodo nō sint nulla rōe etat;
p̄stant impedimentū publice honestatis iusti
cie. extra de spon. impu. c. i. li. vi.

¶ De impedimēto affinitatis. cap̄. xiij.

AFfinitas ē appropinq̄tas p̄sonaꝝ ex car/
nali copula ꝓueniēs oī carens parētela
Dixi ex carnali copula. q2 tā p fornicariā q̄ p
matrimoīalē copulā ꝯtrahitur affinitas. xxxv.
q. iij. nec eā. de eo q̄ cogno. ꝯsang. vxo. sue. di-

scretioni. ɀ de cōsang. ɀ affi. tue fraternitati. et licet olim eēnt tria genera affinitatꝫ. hodie tñ primū gen⁹ stat tm̄. scdo ɀ tercio de medio sublatis. ¶ Notādū ergo ꝙ pⁱmū gen⁹ affinitatis ꝯtrahit ex ꝑsona addita ꝯsanguinitati per carnalē copulā. iuxta illā regulā q̄ dicit. Persona addita ꝑsone ꝑ carnis ꝓpagationē mutat gradū attinētie sed nō mutat gen⁹. persona vero addita ꝑsone ꝑ carnis coniunctionē sine copulā mutat gen⁹ attinētie sed nō mutat gradū. X. Mutat nupta gen⁹ sed generata gradū Et vt melius intelligas ponā exēplum. Ecce ego ɀ soror mea sum⁹ vna cōsanguinitas accipiat soror mea maritū vel amasiū. s. petrum. Iste petr⁹ q̄ ē ꝑsōa addita ꝯsanguinitati mee ꝑ carnis cōiunctionē mutat genus attinentie. sed est mihi affinis in primo gradu. sicut soror mea ɀ idē intelligas de maritis ɀ amasiis omniū ꝯsanguineaꝝ meaꝝ. qꝛ in quoto gradu cōsanguinitatis ipsi attinent mihi in toto gradu affinitatis viri vel amasiī earū attinent mihi. ɀ que dixi de maritis ɀ amasiis ꝯsanguinearū meaꝝ. intelligas etiā de vxorib⁹ ɀ amasiis cōsanguineorum meorum. Quia ī quoto gradu ipsi sunt mihi consanguinei. in toto gradu sūt mihi affines. ¶ Nam si aliquis est mihi con-

pars. 1

c

sanguineus in secundo gradu. Uxor eius vel amasia sua est mihi affinis in secundo gradu. Idē dico de cōsanguineis vxoris mee. quia in quoto sunt ei cōsanguinei in toto sunt mihi affines. ⁊ oēs ꝯsanguinei mei sūt affines vxoris mee in illo gradu in quo sūt mihi ꝯsanguinei Ideo notandū ꝙ ꝯsanguinitas vsqꝫ ad q̄rtum gradū impedit matrimoniū ꝯtrahendū ⁊ dirimit iā cōtractū. ita affinitas vsqꝫ ad eundē gradū facit hoc idē. ¶ Notandū insup ꝙ cū gradus affinitatis habeāt ortū ex ꝯsanguinitate. cū dubitat̄ de affinitate aliquoꝝ. recurrēdū est ad illā ꝑsonā mediante q̄ fuit ventū ad affinitatē. ⁊ requirendū est ī quoto gradu distat ab illa ꝑsona de qua agit secūdū modū supra assignatū de ꝯsanguinitate vbi dr̄ quomodo sūt cōputandi grad⁹ in ꝯsanguinitate. qꝛ ī quoto gradu distāt in cōsanguinitate ī in toto distāt in affinitate. ¶ Nota etiā ꝙ licet vxor cōsanguinei mei sit mihi affinis. tū fili⁹ quē suscipit ex cōsanguineo meo nō ē mihi affinis sꝫ ꝯsanguineus. sed si ip̄a haberet filium ex alio qui mihi nō attineret. ille filius nec mihi esset affinis nec consanguineus. filius autē cōsanguinei vxoris mee erit mihi affinis sicut pr̄ suus.

ed nō in illo gradu. quia si pater est in primo gradu filius erit in secundo. ¶ Nota vlterius q̄ licet moriat̄ ꝯsanguine⁹ me⁹ mediante quo ꝯtrahit̄ affinitas ꝑsona. tñ q̄ supuiuit remanet mihi affinis. ¶ Sciendū aūt q̄ licet sit q̄ affinitas ꝯtrahitur ꝑ cōcubitū fornicariū. intelligendū est si fiat ordine ꝛ modo nature. quoniā si aliquis cognosceret aliquā contra naturam hoc est si aliquis extra vas debitnm pollueret aliquā. q̄uis talis pollutio sit execrabilis. criminosa. ꝛ dānosa. nulla tñ ex tali ꝯcubitu ꝯtrahitur affinitas. qꝛ talis ꝯcubit⁹ nō facit cōmixtionē nec carnis vnitatē ꝑ quā cōtrahit̄ affinitas. Et idē mihi videt̄ dicendū q̄ si aliq̄s inuasit claustrū pudoris alicui⁹ vel posuit virgam virilē infra mēbꝛū muliebre. non tñ ꝑuenit ad cōsūmationē opis q̄ ex hoc nulla ꝯtrahatur affinitas. Ita dicit Rav. ꝛ Hostiē. qꝛ cōmixtio seminis req̄rit̄ ad affinitatē ꝯtrahendam.

¶ De ipedimento ipotētie coeundi. Ca. xliij.

Inter alia impedimenta matrimonij ipotētia coeūdi obtinet maximū locū. qꝛ contrariatur directe ex natura sui matrimonio qḋ ordinatur ad ꝓlem suscipiendā. ꝛ fornicatioꝫ vitandā. ꝛ vtrūq̄ istoꝝum contrariatur impotētie coeundi. quia vero nō oīs impotētia hoc

facit.ideo vidend̃u est quid sit impotentia coeundi. et quot sũt eius spẽs. et que impedit matrimoniũ. et que nõ. Impotentia coeundi ẽ viciũ anime vel corporis vel alterius quo quis impeditur alteri carnaliter cõmisceri. Species ipsius impotentie sũt multe. alia est naturalis. alia accidentalis. Naturalis vt frigiditas in viro artatio in muliere defectus etatis in puero. Accidentalis. vt castratio maleficiũ qđ fit p quedam maleficia que dicunt porte vel fracture. Itẽ naturalis impotentia. alia tẽporalis. alia ppetua. Naturalis impotẽtia si ẽ tẽporalis ĩpedit matrimoniũ p tẽpore quo durat. sicut defectus etatis in puero. qr quãdiu ẽ minoris etatis nõ põt ↄtrahere matrimonium xxx.q.ij.c.i.ex.de fri.et ma.qđ ad sedez.vide supra de spon.c.iiij. ¶ Naturalis impotentia sicut frigiditas in viro.si sit perpetua ĩpedit matrimoniũ contrahendũ. et dirimit iam cõtractũ xxxiij.q.i.c.ij.de fri.et malefi.c.Laudabilẽ fidẽ De artatiõe que est in muliere ita dicas qđ si põt ei subuenire bñficio medicine. vel p continuũ vsũ cũ hoĩe ↄueniẽtis stature nõ impedit matrimonium cum illo a quo potest carnaliter cognosci.ex.de fri.et malefi.c.ex litteris. ¶ Et nota qđ si ppter artationem separatur

ab eo qui eã coguoscere nõ põt. ꝛ ꝑ assiduum
vsũ alteri⁹ cui⁹ se copulauit sit fcã idonea pri
mo sepanda ẽ a secũdo. ꝛ reddẽda ẽ primo. ex.
de fri. ꝛ ma. ca. fraternitati. Si xᵒ sit talis ar-
tatio ꝙ ei nullo mõ subueniri possit beneficio
medicine impedit matrimoniũ ꝯtrahenduz ꝛ
dirimit iã ꝯtractũ. vt in ꝑdictis cap. Ex lrĩs. ꝛ
Fraternitati habet. Si aũt sit ĩpotẽtia accidẽ-
talis sicut castratio firmiter tenendũ est ꝙ tal'
impotentia impedit matrimoniũ ꝯtrahenduz
ꝛ dirimit iã ꝯtractũ. extra de fri. ꝛ male. c. per
sedẽ. De maleficio aũt distingue qꝛ aut est tẽ-
porale aut ꝑpetuũ. si sit tpale nullũ ꝑstat ĩpe-
dimentũ. si sit ꝑpetuũ ĩpedit matrimoniũ con-
trahendũ ꝛ dirimit iã ꝯtractũ. xxx. q. i. Si per
sortiarios. Si q̃rat quõ sciet an sit tpale vl' ꝑ-
petuũ. dico ꝙ a principio omne maleficiũ re-
putat' tpale. sed ex quo ꝑ trieniũ cohabitaue
rũt dantes studiose operã carnali copule si ad
huc durat maleficiũ ĩpedimentũ reputat' male
ficiũ ꝑpetuũ. Notãdũ tñ ꝙ illud qđ dictũ ẽ de
castratiõe ꝛ maleficio intelligendũ ẽ qñ prece-
dũt matrimoniũ. qꝛ si sequant' matrimonium
nullũ ꝑstant impedimentũ. xxx. q. vij. Illi qui sa
ni. extra vt lite nõ contestata. Quoniã frequẽ-
ter. ff. de iure do. l. si. Et idem intelligendum ẽ

Pars. 1a

de quolibet alio impedimento. ⁊ intellige om-
nia que dicta sunt de matrimonio fidelium. q̄r
de matrimonio quod est inter infideles. nihil
ad nos. De diuortio quod fit per ista impedi-
menta nihil ad presens dico. quia istud perti-
net ad officiales ⁊ prelatos. nõ autẽ ad cura-
tos quibus dirigitur iste libellus.

¶ De impedimento temporis feriarũ.
Capitulũ. xv.

Dicto de impedimentis que impediunt
matrimoniũ contrahendũ ⁊ dirimunt iã
contractũ. Dicendũ est de impedimentis que
impediunt cõtrahendũ. sed nõ dirimunt iam
contractũ. ⁊ ista sunt duo puta tempus feriaꝝ
⁊ interdicti ecclesie. ¶ Circa tempus feriarũ
notandũ est ꝙ tempore feriarum possunt con-
trahere sponsalia ⁊ etiã matrimoniũ quod so-
lo cõsensu contrahitur. Sed traductio vxoris.
nuptiarum solennitas. carnalis copula pro-
hibentur. xxxiij. q. iiij. c. nõ oportet. ⁊ c. non lice-
at. extra de matrimonio contrac. cõtra iterdi.
eccl'ie. c. ex litteris. ¶ Et nota ꝙ tẽpus feriaꝝ
est ab aduentu dñi vsq̃ ad octa. epiphanie ⁊
a. lxx. vsq̃ ad octa. pasche. ⁊ a tribus dieb⁹ an-
te ascensionẽ domini inclusiue vsq̃ ad octauã
penthecostes. extra de ferijs. capellanus. xv.

Cōiugiū ꝓhibet aduent⁹. hilari⁹ relaxat Se-
ptuagena vetat octaua pasche relaxat. Roga
men restat. cōcedit trina ptās. Itē aspiciens
veterē circū quasi q̄s bn̄dicta Aduen septua-
ge. vetāt rogatio nuptū. Octaua stelle pasche
qꝫ relaxant.

¶ De interdicto eccl'ie. cap̄. xvi.

Circa interdictū eccl'ie istud firmiter tenē-
dū ē q̄ q̄n aliq̄s ꝓhibet ꝯtrahere cū ali-
qua. vt qꝛ forte d̄r ꝯsanguinea vel affinis eius
vel spōsa alteri⁹ nō dꝫ ꝯtrahere. sed forte si cō-
trahat nisi aliud sit impedimētū q̄ꝫ interdcm̄
ecclesie ipediat p̄nt simul manere ꝛ nō sūt se-
parādi. Argumētū ꝯtra hoc i p̄io cāu. s. ꝓpt
ꝯsanguinitatē sepaꝛ matrimoniū. de ꝯsang. ꝛ
affi. c. non dꝫ. ꝛ etiā in scḋo. s. ꝓpter affinitatē
sepatur. vt in. c. ex l'ris. ꝛ. c. spon. ex. de spon. et
similiter i tercio. s. q̄n alter contrahentiū ē per
verba de p̄nti alteri desponsatus si contrahat
postea dirimiꝛ secūd⁹ ꝯtract⁹. ex. de spon. du.
c. accepisti. ꝛ. c. Licet. Solutio. dicendū q̄ non
sūt sepandi nisi ad tp̄s vt agāt pn̄iam. qꝛ man-
datū ecclesie ꝯtēpserūt. ꝛ ita exp̄sse d̄r. extra d̄
spon. c. de muliere. ex. de matri. cō. interdi. ecc.
c. Litteras. ꝛ ita sūt intelligendi omens cano-
nes qui dicunt eos separādos fore. qꝛ exponē

Pars .1.a

dū est nō semꝑ. sed ad tempus. Sane vt diuer
sa circa hanc materiā matrimonij emitent peri
cula. statutū fuit in cōsilio generali vt cū ma-
trimonia fuerint cōtrahenda in ecclesijs a pre
sbyteris publice ꝓponantur cōpetenti termīo pre
finito vt infra illud tēpus q̄ voluerit ⁊ value-
rit legitimū impedimentū apponat. ⁊ ipsi pre
sbyteri nihilominus inuestigēt vtrū aliqd im-
pedimentū obstet. Cū autē appuerit ꝓbabi-
lis cōiectura cōtra matrimoniū cōtrahendum
cōtractus expsse ꝓhibeatur eis donec qd sit fa-
ciendū sup eo manifestis cōstiterit documen
tis. Si aūt ꝓrochialis sacerdos istd facere cō-
tempserit vel quilibet regularis q̄ matrimo-
nio clādestino interfuerit triennū ab officio su
spēdatur. grauius puniēdus si culpe q̄litas postu
